



**Historia De Vita, Moribus, Rebus Gestis, Studiis Ac  
Denique morte Praedicantium Lutheranorum, Doct.  
Martini Lutheri, Philippi Melanchthonis, Matthiae Flacii  
Illyrici, Georgii Maioris, et Andreae ...**

Complectens ortum, progressum [et] incrementa, tum arcana plurima  
hactenus non prodita, omnium penè huius temporis haeresum

... Vita ... Philippi Melanchthonis. Matthiae Flacii Illyrici. Georgii Maioris, Et  
Andreae Osiandri

**Ulenberg, Kaspar**

**Coloniae Agrippinae, 1622**

Vita Et Res Gestæ Georgii Maioris Autore Casparo Vlenbergio Lippiensi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65643](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65643)

ANNO  
1502.

VITA ET RES GESTÆ  
GEORGII MAIORIS

Autore

CASPARO VLENBERGIO

Lippiensi.

## CAPVT I.

- I. *Prefatio auctoris.*
- II. *Patria & studium Maioris Ratisbonam ad colloqu. missi an. 1545.*
- III. *Eius dogmata & aduersarij.*
- IV. *Mansfeldensibus inuitis Superintendens datur, à quibus & alijs Flacianis duriter tractatur.*



Hic nobis prætereundus non fuit, dum catalogum teximus eorum, qui Lutheranam gentem in factiones distraxerunt: Inter quos Georgius Maior Flacianorum iudicio nõ postremum locum obtinet. Docuit is inter Lutheranos, de quo-  
 rum consortio fuit; bona opera fidelibus ad  
 salutem esse necessaria; nec quenquam homi-  
 num sine ijs æternæ beatitudinis fieri parti-  
 cipem: quæ sane Catholica est doctrina, ex  
 ipsis hausta scripturæ sacræ fontibus. Hanc

I.

Maioris  
dogma.

ff 3

verò



ANNO  
1520.  
Flacianis  
inuisum.  
*Ambsdorff.*  
*in pref. To.*  
*Luth. germ.*

Eorum ca-  
lumnia.

Ab iisdem  
acerbè  
perstringi-  
tur.

verò Flaciani vel Lutherani rigidiores hære-  
sin vocant omnium quas sol vidit antiquis-  
simam simul & deterrimam: Ideoq; Maiorè  
diris deuouent, execranturque velut hæreti-  
cum perniciosissimum; per quem ipsam euā-  
gelij medullam operam admistione corrupi-  
penitus, & hæreditatem cœlestis patriæ, quæ  
sola fide definiuit acquirendam, interuerti  
fidelibus qui ritantur. Hanc rem exaggerant  
tragicis clamoribus, vtque à Maioris hæreli,  
quam dicunt, vel à studio bonarum actio-  
num homines auocent, opera charitatis asse-  
runt aded non esse necessaria ad salutem, vt  
officiant potius & impedimento sint ad cœ-  
lum tendentibus: Quod portentosum dog-  
ma Nicolaus Ambsdorffius antinomico fu-  
rore percitus, in publicis scriptis tueri non  
erubuit. Huic assensere Flaciani cæteri, ger-  
mana Lutheri soboles: Et quia Maior, vt im-  
piam hanc assertionem euerteret, obedien-  
tiæ, charitatis, & bonorum operum patrocini-  
um suscepit, acerbè fuit & petulâter ab ad-  
uersarijs exagitatus, indignè ferētibus nimi-  
rum, quod in summo hoc religionis capite  
ad Catholicorū sententiã suauiter inclinaret.

Fuit hic homo non aded magni nominis  
inter Lutheranos, priusquam certamen istud  
de bonis operibus exarsit; tametsi scripsit  
quædam At per controuersiam istam nomē  
aliquod & famam est cōsecutus: Nobis qui-  
dem propter hoc dogma solum inter hæreti-  
cos minimè censendus; nisi cæteros Luthera-  
norum



norum errores omnes, imò & Lutheri paradoxon de sola fide ( quanquam id cum hac assertione de necessitate bonorum operum non consistit) deque iustitia, quam imputatum vocant, publica protestatione mordicus retinisset.

ANNO  
1520.

NATVS est Maior honestis parentibus Norinbergæ anno 1502. 25. Aprilis: cumque prima litterarum fundamenta feliciter posuisset, factus adultior V Vittenbergam profectus est ad vberiorè ingenij culturam. Hic dum bonis litteris impendit operã, noua Lutheri dogmata simul imbibit: quibus postmodum adhæsit per omnè vitam: nisi quod in doctrina de iustificatione, quemadmodum diximus, à rigidioribus Lutheri discipulis deflectens ad Catholicos gressum fecit. Factus est in academia V Vittenbergensi Theologiae professor viuente adhuc Luthero: Quã professionem eum in modum obiuit, vt Melanchthonis potius quã Lutheri vestigijs insistere videretur. Fauebat id tēporis Melāchthon Sacramentarijs, quorum sententiam de Eucharistia totis venis hauserat; quanquam id ob horridos Lutheri mores, & rusticã austeritatem publicè non fuit ausus profiteri. Erant & alia quædam dogmata, puta de peccato originis, de viribus arbitrij humani; de iurisdictione vel politia ecclesiastica &cæt. in quibus Melanchthon asperitatem Lutheri, rigoremq; adhibito temperamēto ita mitigarat, vt aliud prorsus ab illo sentire crederetur.

II.

Ann. 1302.  
Eius nati-  
uitas & pa-  
tria.

Luthera-  
nismū am-  
plectitur.

Fit Melan-  
chthonic⁹.

Melanch-  
thonis do-  
gmata.



ANNO  
1545.

deretur. Itaque Lutherus ab annis aliquot Melanchthoni parum fidebat, nec eum passus est ad actiones de religione publicas adhiberi.

Ann. 1545.  
Maior vocatur ad Colloquiū Ratisbonense.

Sanè cum anno Christi 1545. Ratisbonam conuentus indictus esset ad dirimendas religionis controuersias, Elector quidem Ioannes Fridericus Melanchthonem designauit, & hunc, cuius vitam scribimus, Georgium Maiorem, vt colloquio Protestantium nomine cum cæteris interessent. At cum sub initium anni sequentis iter iam esset ingrediūdum, suasu Lutheri Melanchthon domi manere iussus fuit, & Maior solus cum Iureconsulto quodam Laurentio Zochio Ratisbonam missus. Neq; verò Melanchthonem modo, sed & alios illi adhærentes suspectos habuit Lutherus; quia per id tempus admodum morosus erat & tetricus; idque partim ætatis vitio, partim etiam, quod Sacramentariorum hæresin aliaq; corruptelas, vti loquuntur, sub fermento Melanchthonis VVittenbergæ clam pullulare deprehenderet.

Ann. 1546.  
Valedicit Luthero; eiusque cū illo sermocinatio.

Maior antequam se daret itineri Ratisbonam profecturus ad Comitiam, quod mense Ianuario factum est anno 1546. officij causâ Lutherum salutauit; qui & ipse per id tempus profectionem meditabatur in patriam, euocatus per Comites Mansfeldicos, vt litem de finibus & hæreditate, quæ inter eisdem Comites gliscebat ab annis aliquot, vnâ cum



cum aliis interuentu suo dirimeret. Ingres- ANNO  
 sus domum Maior in vestibulo musæi ver- 1546.  
 ba, quæ subiungimus, ipsius Lutheri manu *Selnecc. in*  
 scripta inuenit: Nostri professores exami- *lib. Recit.*  
 nandi sunt de Cœna Domini. Ea cum lege- *pag. 6.*  
 ret Maior, Reuerende Domine pater, inquit, “  
 quid hæc verba præ se ferunt? Cui ille; vo- “  
 lunt hoc, quod legis: cum reuersus fuero; “  
 examen instituendum erit, quod etiam te re- “  
 quiret & tanget. At ille, cum se à suspitione “  
 coram & ingenuâ confessione doctrinæ & fi- “  
 dei suæ liberasset, responsionem tandem ac- “  
 cepit: silentio tuo te ipsum reddis suspectû: “  
 sed si credis, vt loqueris coram me, loquere “  
 idem etiam in ecclesia, & in schola, & confir- “  
 ma fratres tuos, & errantes in viam reduce- “  
 re stude. Id quod se facturum Maior sanctè “  
 promisit, & ita Luthero valedixit. Hacten- “  
 us Selneccerus, cuius verbis historiolum “  
 istam recensere placuit. “

Iter deinde cum Zochio ingressus, vti di-  
 ximus, ad vigesimum primum Ianuarij Ra-  
 tisbonam venit, tardius quidem ille, quam  
 cæteri Protestantium Theologi; nec gratus  
 admodum ijs, qui mandatu Cæsaris collo-  
 quitum istud moderabantur: Hi enim Me-  
 lanchthonem ipsum expectabant, quæ Prin-  
 cept Elector se missurum promiserat; tamen  
 si de Lutheri consilio sententiam mutauit.  
 Actum deinde fuit de concilianda religio-  
 ne, sed perturbatè admodum & cespitanter,  
 ob perpetuas Lutheranorum tergiuersatio-

Ratisbonã  
 venit.



ANNO  
1546.  
Re infecta  
discedit.

nes: qua de re in vita Lutheri diximus. Post varias altercationes Maior & Zochius à Saxone per litteras reuocati, vigesimo Martij tandem inopinatò discesserunt: quorum a-bitu colloquium præter omnium expectationem dissolutum fuit. Nec enim Saxonie non præsentibus à reliquis Protestantium Theologis obtineri potuit, vt actionem prosequerentur.

III.  
Lutheri  
mors par-  
turit hæ-  
reses.

Dum vero Ratisbonæ de conuersis dirimendis agitur, Lutherus Islebij in Comitatu Mansfeldico ad 18. Februarij supremum vitæ diem clausit; quem vbi VVittenbergam redijt Maior, sepultum inuenit. Is dum viueret, Melanchthonem aliosque nonnullos austeritate sua, ceu fræno quodam cohibuit, ne liberius mentis arcanum proderent. At Luthero mortuo, multæ deinceps enatae sunt hæreses, aliæque sectæ post alias pullularunt, per quas integrum Ecclesiæ Lutheranæ corpus variè dissipatum fuit distraetumque, & suâ ipsius turpitudine detectâ fœdum de se Germaniæ spectaculum præbuit. Qua in re Catholici iustum Dei iudicium agnoscebant, quod qui Christianum orbem apostasiâ suâ miserandum in modum afflixerant, in vindictam turbulento vertiginis agitati spiritu, seipsos mutuis armis conficerent. Huius eiusdem spiritus impulsu Maiorem quoque pestilentissimam hæresin, vt Flaciani loquuntur, de necessitate bonorum operum protulisse ferunt.

Iustum Dei  
iudicium.

Erat



Erat Maior de Adiaphoristarum grege, ANNO  
 qui anno 1548. & sequentibus in consulta- 1548.  
 tione de rebus externis, deque libro Inte- Maior A-  
 rim Melanchthoni contra Flacium Illyri- diaphori-  
 cum eiusque socios adhærebant. Hi Catho- sta.  
 licis inter cætera concesserunt assertionem  
 istam, quâ fidem, charitatem, spem, aliasque  
 virtutes ad salutem esse necessarias, nec quen-  
 quam sine bonis operibus saluari dicitur; vt  
 ex actis Synodicis constat. Protestabantur  
 interim, se à communi Lutheranorum sen-  
 tentiâ de sola fide, deque imputatiua iustitia  
 ne latum quidem pilum discessuros: quæ cau-  
 sa fuit, vt Flaciani contradictionem illis in  
 articulo iustificationis objicerent; quod ni-  
 mirum cum solâ fide dicerent hominem iu-  
 stificari, nihilominus opera præter fidem ve-  
 lut ad salutem necessaria postularent.

Cæterum quia Maior imprimis summo A Flacianis  
 studio necessitatem operum ad salutem in- deprauatæ  
 culcabat, Flaciani patrem eum auctoremq; doctrinæ  
 huius sectæ constituunt; à quo Lutheri do- reus postu-  
 ctrinam de iustificatione malitiosè, vt quidam latetur.  
 illius factionis loquitur, imò & sceleratè de Conrad.  
 prauatam clamitant. Huic se socios adiun- Schluffelb.  
 xerunt in hac causâ Paulus Eberus pastor libr. de hæ-  
 V Vittenbergensis, Iustus Menius, Ioannes res.  
 Matthesius, Philippus Ferinarius, Caspar Maioristæ  
 Cruciger iunior, Paulus Crellius, alijq; plu- Luthera-  
 res, quos Flaciani Maioristas à Maiore, & Lu- nopapistæ.  
 theranopapistas per cõtumeliam denomina-  
 runt. Atq; hi quidem vrgebât opera charitatis,  
 sine

Acta Synodæ  
 pag. 114. &  
 148.

Schluffelb.  
 de Maiori-  
 stis, pag. 28.

A Flacianis  
 deprauatæ  
 doctrinæ  
 reus postu-  
 latetur.  
 Conrad.  
 Schluffelb.  
 libr. de hæ-  
 res.

Maioristæ  
 Luthera-  
 nopapistæ.



ANNO  
1548.Causæ in-  
troducitur  
dogmatam  
à Maiore.1.  
*Ibid.*  
Antino-  
mia.2.  
Fiducia so-  
lius Fidei.3.  
Peruersitas  
Luthera-  
norum.

sine quibus frustra sperari salutem asse-  
bant: quod nouum erat & insolens inter Lu-  
theranos, quorum aures à multis annis nihil  
ferebant in hoc genere præter solam fidem.  
Itaque cum Maior, cæteri que factionis istius  
obedientiam postliminio virtutumque stu-  
dium vrgerent, rationes in medium adse-  
rendæ fuerunt, cur insolitum hunc docendi  
modum sequerentur.

Principio id fieri aiebant ad reprimen-  
dam Antinomorum insaniam, qui fideles se-  
mel regeneratos assebant nec salutem, nec  
gratiam, aut Spiritum sanctum amittere pos-  
se, tametsi grauissimis peccatis, fornicatio-  
ne, adulterio, furtis, rapinis, aut quibuscun-  
que demum sceleribus sese polluerent. Dein-  
de eo rem rediisse dicebant inter Luthera-  
nos, vt fiducia solius fidei doctrina de chari-  
tatis operibus penè versa sit in ludibrium,  
quibusdam falsè ridentibus, cum mentio fie-  
ret de necessitate bonorum operum ad salu-  
tem; eam scilicet necessitatem holus esse fa-  
le corruptum, vt Lutheranorum palato non  
conueniat. Id germanicè dictum leporem  
habet: *Das mus ist versalsen.* Hunc cha-  
ritatis contemptum propositâ bonorum ope-  
rum necessitate vindicandum fuisse. Tertio  
homines degenerasse iam pridem à virtutum  
studio, factosque ad benè operandum desi-  
des & ignauos: Ideoque excitandos fuisse co-  
hortandosque ad seruandam charitatis legem,  
proposito salutis amittendæ periculo, nisi  
cole-



colerent iustitiam, & bonis operibus vitam ANNO  
 exornarent. Demum fuisse quosdam, qui 1548.  
 solam fidem ad eum modum inculcarint, vt 4.  
 charitati & honestis actionibus bellum in-  
 dixisse viderentur; quorum importunis cla-  
 moribus homines ad vitam prorsus Epicu- Epicuræis-  
 ræam sint traducti. Huic malo adhibendum mus.  
 fuisse remedium; quod in doctrina de cha-  
 ritatis operibus ad salutem necessariis quæ-  
 rendum fuerit. Interim se nihil aliud asse-  
 rebant in hoc genere profiteri atque trade-  
 re, quam quod à Luthero, Melanchthone, Ad Luthe-  
 alijsq; præceptoribus suis VVittébergæ di- rum pro-  
 dicerint: quorum doctrinæ fideliter immo- uocant.  
 rari, adeoque immori decretum habeant,  
 eamque puram atque illibatam, vti per ma-  
 nus traditam à Luthero acceperint, ad po-  
 steros propagare.

Hæc illi; Maior, inquam, & qui ductum A Flacianis  
 eius sequebantur. Flaciani verò, qui VVit- infestan-  
 tenbergenfium, actiones omnes diligenter tur.  
 obseruabant, Maiorem cum sociis initio  
 clâ, post & apertè fugillabant, quasi peruer-  
 terent Lutheri doctrinam, eiufque purita-  
 tem inquinamento bonorū operum & cha-  
 ritatis horrendum in modū contaminarent.

Primus omnium Nicolaus Ambsdorf- Primus  
 fius, qui Magdeburgum ex Naumburgensi Antagoni-  
 episcopatu profugus redierat, Maiorem ag- sta Ambs-  
 gressus est, eumq; publico scripto de quibus- dorffius.  
 dam erroribus admonuit; quod nimirum in  
 præcipuo Christianæ religionis capite de iu-  
 iusti-



ANNO  
1548.

stificatione sinceritatem doctrinae per Lutherum traditae fermento papisticarum opinionum inficeret. Hanc infamationem Maior honore saluo negligere vel dissimulare non potuit. Quia tamen nouerat turbulentum Ambsdorffij ingenium, & rem hanc ad certamen spectare videbat, repressit se non nihil, & respondere distulit.

IV.

Anno 1552.  
Maior fit  
Superintē-  
dens in Co-  
mitatu  
Mansfel-  
dico.

Mansfel-  
dici Flacia-  
ni.

Islebium  
venit.

Accidit verò sub id tempus, anno scilicet 1552. vt Maior ad functionem Superintendentis in Comitatu Mansfeldico ad tempus obeundam euocaretur. Vacauerat isthac functione biennium ferè, à morte scilicet Ioannis Spangenbergij, monachi excucullati, qui decedens Superintendentiam anno 1550. vacantem fecerat. In huius locum biennio post Maior eam conditione susceptus fuit, vt per annum Inspectoris vel Superintendentis munere fungeretur. Erant id temporis concionatores Mansfeldici Comitatus omnes propemodum de factione Flacianorum; Ideoq; VVittenbergeses, Melanchthonicos, & Adiaphoristas, è quorum numero & Maiorem esse nouerant, velut euangelij desertores, odio satis acerbo prosequabantur. Nec æquis animis ferebant, eum ad moderandas Ecclesias in summo ministerij fastigio collocari, quæ Ambsdorffij scripto publico defectionis à puriore doctrina, & proditæ veritatis reum fecerat.

Vbi Maior Islebium venit vocatu Comitum, concionatores illius ciuitatis omnes, & ludimagistri ad arcem vocati sunt: quibus

man.



mandatum fuit, vt hunc agnoscerent Super- ANNO  
intendentem, vel summum ecclesiarum in 1552.

Comitatu p̄sulem, & honorem ei debitum Islebienses  
obedientiamque exhiberent. Illi restitarunt iubentur ei  
initio quidē, quod hominē diuersæ factionis parere.  
odissent, vti diximus: Assenserunt tamē de Protestan-  
tum, protestatione quadā interposita, cuius tur, quare-  
nus.

hæc summa fuit: habituros se Maiorem loco I.  
superintēdentis, eiq; futuros subditos, si duo Nihil im-  
quēdā promitteret sese bona fide p̄stiturū: mutet.

prius erat, vt nullā doctrinæ vel rituum ec- 2.  
clesiasticorū induceret mutationē, nec Inte- Purget se  
rimisticos, vel Adiaphoristicos errores spar- de crimine.

geret, vti loquuntur. Alterū, quia per Amb-  
dorsium scripto publico de corruptelis ac-  
cusatus esset, quasi à doctrina per Lutherum  
traditā discesserit, vt responderet ad accusa-  
tionem istam, & obiectum apostasiæ crimen  
publica declaratione purgaret. Promisit ista  
Maior, atque ita concionatores illi sese, quā-  
quam non lubentes admodum submiserunt.

His Islebij peractis, ventum est ad Mans- A Mansfel-  
feldenses; à quibus impetrari non potuit vl- densibus  
lis rationibus, vt nouum hunc Inspectorem Flacianis  
vel Superintendentem agnoscerent. Placuit repudiatur.

illis quidē conditio ab Islebiensibus propo-  
sita, qua cauetur, vt aspersam defectionis ma-  
culam purgatione publica dilueret: At sub-  
esse Maiori, illiq; p̄stare obedientiam pe-  
nitus recusarunt. Ille quanquam à Mans-  
feldensibus Flacianis repudiatus fuit, man-  
sit tamen Islebij, & munus à Comitibus

im-



ANNO  
1552.

Apologi-  
am scribit  
in Ambsdorffium.  
Queritur  
de iniuria.

Bona ope-  
ra stabilit.  
Lib. 7. de  
hæres. p. 30.

Scribit ad  
varios.

Magdebur-  
gicos in se  
concitat.

impositum exequi cœpit. Ut verò condi-  
tioni satisfaceret ab Islebientibus propositæ,  
scriptum quoddam germanicum statim eo-  
dem anno 1552. diulgavit, in quo respondet  
Ambsdorffio, & aspersam Apostasiæ macu-  
lam diluere conatur. Errorem sane nullum  
agnoscit, & iniuriam sibi queritur irrogari,  
quod innocens eorum dogmatum infamia  
grauetur, à quibus animo simul & profesio-

ne publicâ sit alienus. Interim sententiam  
suam de bonis operibus scripturæ sacre, Au-  
gustanæ confessioni, Lutherique scriptis as-  
serit esse conformem, eamque dilucidè satis  
” & apertè declarat his verbis, quæ Schlüssel-  
” burgius impia & blasphema nominat. Hoc  
” verò fateor, inquit, me antea docuisse, adhuc  
” docere, & toto vitæ meæ tempore sic doctur-  
” rum: quod bona opera sint necessaria ad sa-  
” lutem: quod etiam nemo vnquam sine bo-  
” nis operibus sit saluatus; quod denique im-  
” possibile sit, quenquam sine bonis operibus  
” saluari. Quare si quis aliter docet, etiam si  
” sit Angelus de cœlo, ille sit anathema.

Haftenus Maior; cuius verba recensui-  
mus, uti per Schlüsselburgium latinè reddi-  
ta libro septimo de hæresibus leguntur. Per  
hoc tempus & alia quædam ipsius scripta  
prodierunt; nimirum ad Regem Angliæ, ad  
Senatum Merseburgensem; in quibus Mag-  
deburgicos, quorum primus erat Ambsdorf-  
fius, à diabolo ad contradicendum excitatos  
asserit. Hoc conuitio Flaciani vehementer irri-







ANNO  
1554.

riculosa & suspecta. Et infra: Si Georgius Maior hoc vrgeat, in eoque perfiltere velit, nimirum, vt asserat, bona opera ad salutem esse necessaria; iam defecit à doctrina puriore, & Christum negavit.

Maior imperterritus; Islebij necessitatem operum docet.

Admonetur desistere.

Eius dictoria in Flacianos.

Ad dictorum Palinodiã adigitur.

Hæc ille. Ita statim ab initio confictus anathematis & condemnationibus vtriusque fulminatũ est. Maior interim, quod in scriptis publicis asserbat de necessitate bonorum operum, id ipsum Islebij quoque in concionibus ad populum magno zelo profitebatur: quin & subinde durius incurrebat in aduersarios, per quos fuerat ad palinodiam reuocatus. Ea re permoti Hieronymus Mencilius cæteri que concionatores Islebienses Maiorem admonuerunt, vt memor conditionis, quã receptus esset in Superintendente, à prauis dogmatibus spargendis, & infectandis Lutheranae doctrinae doctoribus sibi temperaret. Ille verò adeo non cessit, vt hac admonitione potius irritatus grauius in aduersarios exardesceret: nec bilẽ effrænẽque mentis impotentiam in concionibus ad populũ dissimulauit. Eo autẽ feruor illius erupit, vt aduersarios homines esse diceret indoctos, imperitos, imò & indignos, qui ecclesiastico ministerio fungerentur; dignos verò, qui Agazones essent, aut stabulis asinorum Romani pontificis expurgandis destinarentur.

Hac contumelia vehementer offensi concionatores, cum Maiore grauius exposularunt, eoque adegerunt hominem, vt se fateretur



tur iracundiæ laxasse frænos, & animi quadam impotentia ardoreq; differendi longius prouectum, quam decuerit. Itaq; culpam deprecabatur, seq; publicè, quæ acerbius in eos dixisset, reuocaturum promisit: quod ipsum & in proxima concione bona fide præstitit: quamq; labem intemperanti lingua Mence-lio cæterisq; collegis asperferat, hanc detexit eadem lingua, suasque ipsius sordes resorbuit. Iam & à ciuibus quibusdam interpellatus fuit, qui priuatim eum de periculis monuerunt, in quæ mouendis huiusmodi controuersijs Ecclesiam Lutheranam conijceret: satis in ea dissensionum esse atque schismatum, vt necesse non sit nouas excitare turbas. Visus est sermonibus istis moueri Maior, promisitque nonnullis, se non ommissurum modo assertions istas de necessitate bonorum operum, sed & publico scripto reuocaturum ea, quæ scandalum peperissent. Hæc ille quidem priuatim, vt ciuibus istis aliquo modo satisfaceret. Sed erant quidam Flacianorum hostes acerrimi, inter quos & magni nominis nonnullos, & genere Illustres fuisse constat, quorum consilio Maior in his actionibus utebatur. Ab his igitur persuasus instigatusq; facilè redijt ad ingenium, nec quod de scandalo amouendo, deq; Palinodia promiserat, vnquam est excutitus. Imò deinceps contra Flacianorū machinationes animum obfirmavit, & de suorū consilio librum scripsit sub titulo Sermo-

A ciuibus de periculis admoneatur.

Eius in Flacianos odium recrudescit.

Scribit librum de Conuersione S. Pauli.





ANNO  
1552.

Eius præ-  
fatio ad-  
uersariis  
legenda  
datur.

nis de conuersione S. Pauli; in quem omnia  
causæ suæ præsidia contra FlacioLutheranos  
vndecunq; conquisita magno studio congessit.  
Cum hic foetus ad partum maturuisset,  
iamq; rumor spargeretur breui edendum,  
duo quidem è Flacianis, Michaël Cœlius, &  
Ioannes VVigandus, feriò Maiorē ab in-  
stituto sunt dehortati; fore proculdubio, vt  
ubi prodiret in publicū liber iste, turbas lon-  
gè grauissimas concitaret. Ille cū diuulgare  
scriptum omninò decreuisset, partem illius  
cum præfatione VVigando misit inspicien-  
dā. Fuit hoc mense Octobri an. 1552. VVi-  
gandus præfatione perlectā, quæ atro viru-  
lentię felle redundabat in Flacianos, datis ad  
Maiorem litteris, scriptum hoc omninò cen-  
suit suppressendum, vt quod ad augenda po-  
tius, inter Lutheranos, quam sopienda schis-  
mata comparatum esset. Maior autem con-  
tempto VVigandi consilio librū typis excu-  
dendum Lipsiam misit, vbi, quin excudere-  
tur, per Flacianos non potuit impediri.

## C A P V T II.

- I. *Maior in exilium eijcitur. Synodus Isleby cogitur.*
- II. *Eius cum Antagonistis certamina & errores.*
- III. *Cedens è stadio sententiam in gratiam Flacianorum mitigat; at irritatus rursus propugnat cum magna vehementia in aduersar.*

IV. *Actis*



IV. *Acris inter Maiorist. & Flacian. pugna & ANNO*  
*ocasio ad instituendum colloquium.* 1553.

**D**Vm hæc aguntur, Albertus Comes Mansfeldensis, qui belli Smalcaldici tempore vnà cum Electore Saxone proscriptus fuerat, amicorum quorundã opera Cæsari reconciliatus, post aliquot annorum exilium in ditionẽ suam reuertitur. Erat is Comes rigidè Lutheranus, de Flacianorum secta, quæ se germanam Lutheri sobolem esse gloriatur. Hic igitur cum Maiorem VVittenbergã per absentiam suam euocatum, ingentesq; ab eo turbas excitatas intelligeret, continuo filium Carolum Islebium mittit, eiq; denunciat, vt è ditione Mansfeldensi sine mora discedat, addita comminatione, nisi pareat, alia se ratione cum illo acturũ. Territus inopinato nuncio Maior collectis sarcinis confestim abiit, excessit, euasit, erupit, vt inquit ille: idq; tanta trepidatione, vt Islebio discessurus ferè noctis beneficio ad fugam accelerandam vteretur. Atq; ipse quidem VVittenbergam reuersus est: Liber autem vel sermo ipsius de conuersione S. Pauli, qui tum erat sub prælo, paulò post in lucẽ prodijt, cum præfatione ad Senatũ populũq; Islebiensem, cui fœtũ hunc dedicauit. Id verò concionatoribus accidit permolestum, qui nequaquã permittendum censuerunt, vt illius libri læctione ad oues sibi commissas prauis dogmatis contagio dimanaret. Ita q; monuerunt suos edito scripto, ne Lu-

Albertus  
exul redit  
in suam di-  
tionem.

Maiorem à  
Superin-  
tendentia  
remouit.

Maior fu-  
git Wit-  
tenbergam

Islebienses  
scripta Ma-  
ioris era-  
dicare co-  
nantur.



ANNO 1554. theranæ doctrinæ puritatē de sola fide, quā haecenus tenuissent, charitatis operumq; bonorum fermento corrumpi paterentur.

Maiores a  
seclæ.

Stephanus  
Agricola.

Cæterum habebat Maior asseclas suos in Comitatu Mansfeldensi, qui causam ipsius etiam absentis magno studio contra Flacianos tuebantur: inter quos primi nominis erant, è pastoribus Stephanus Agricola, vir doctus; tum litterator quidam Mauritius Hellingius, Islebiensis scholæ moderator, & collegæ nonnulli; qui post Maioris discessum spargendis pasquillis mouendisq; disputatiunculis concionatores falsè exagitabant. Tulerunt hoc ægerrimè concionatores; ideo-

Anno 1554.

que anno 1554. cum Erasmus Sarcerius in Maioris locū Superintendens esset constitutus, huius controuersie gratia Synodus indicta fuit; ad quam Agricola, cæteriq; bonorum operum fautores vocati sunt. Præfuit huic Synodo Sarcerius ipse; cūq; ij, qui Maioris partes sequebantur, in sententia de bonorum operum necessitate peristerent, suffragiorum multitudine victi condemnatiq; fuerunt, atq; vnà solum vertere iussi: quā in re necessitati parendum fuit. Quanquā hæc

Synodus  
Mansfeldica.

Eius præses.

Agricolæ  
conuersio.

persecutio Agricolæ quidem occasione præbuit, vt desertis Lutheranorum erroribus in Ecclesiæ Catholicæ sinum caput reclinaret. Principio enim V Vittenbergam profectus magisterij lauream suscepit: deinde Merseburgi factus pastor, cum Michaele Sidonio ciuitatis illius Episcopo, post & cum lu-



lio Pflugio Episcopo Naumburgensi fami- ANNO  
liaritatem contraxit: cumq; de controuer- 1557.

sia hac, deque vniuerso religionis negotio  
pressius cogitaret, tandem veritatis & con-  
scientię ductum secutus, ad Ecclesiam se Ca-  
tholicam abdicatis erroribus adiunxit.

Cæterum vbi Maior è Comitatu Mans-  
feldensi profugus V Vittenbergam rediisset,  
& liber, quem diximus, publici iuris factus  
passim volitaret; certamen, quod iam ante  
satis vehemens erat, non nihil in cruduit; præ-  
sertim cū vtrinq; pugnantium numerus au-  
geretur. Vtriq; verò sententiã suã produ-  
ctis non scripturæ modo, sed & Lutheri, Au-  
gustanæq; confessionis testimonijs cõfirma-  
bant. Interim alij alios proditæ veritatis  
corruptæq; doctrinæ purioris reos agebant,  
seq; mutuò petulanter & acerbè velut hostes  
veritatis & hæreticos infectabatur. Atq; hu-  
ius pugne spectator esse voluit Melanchthõ;  
ideoq; neutræ se factioni adiunxit: quanquã  
Flaciani, quod ad dogma quidem attinet de  
iustificatione, suarū partium eum fuisse glo-  
riantur; vti ex illius sermone colligit Ioa-  
chimus Morlinus, cuius hæc verba sūt in scri-  
pto quodam ad refutandam Maioris præfa-  
tionē edito: D. Maior, inquit, minimus non  
est inter seniores Lutheri discipulos. Hic in-  
ter nos nouas sectas erroresque Lutheri do-  
ctrinæ contrarios introduxit: itaq; necessa-  
rio nobis fuit illi resistendum. Vt & Domi-  
nus Philippus anno 1557. dicebat: Laudo, in-  
quit, & benè facitis, quod Maioris assertio-

II.

Maiorista-  
rum & Fla-  
cianorum  
certamen  
crescit.

Vtriusque  
partis asylū  
confessio  
Augusta-  
na.

Melanch-  
thon spe-  
ctator cer-  
taminis.

Verba Ioa-  
ch. Mor-  
lini.

Citat Schlus  
selb. in her.  
Maior. pag.  
127.

127.

127.

127.

127.

127.

127.



ANNO  
1557.

nē oppugnatis. Fei buit autem imprimis pugna ab anno 1557. deinceps, vtrisque rerum suarum satagentibus; factumque est, quod in huiusmodi certaminibus fieri cōsuevit, ut quo plures vtrinque prouolarent libri, eo maioribus odiis animi certantium accēderentur.

Maioris  
aduersa-  
riorum  
scripta.

Oppugnarunt Maiorem scriptis publicis præter Ambsdorffium, Illyricum, Gallum, quos initium pugne tecisse diximus, & VVigādus, Mörlinus, Snepffius, Saxones, Mansfeldici, alijque passim Flacio Lutherani: qui ut

Errores 12.  
Maioris a  
Flacianis  
notati.

erant oculati, successu temporis præter dogma de necessitate honorū operum, & alios quosdam errores, ut ipsi quidem loquebantur, in Maiore notabant, ad fulciendam, ut

Schlusselb.  
lib. 7. hares.  
p. 31. & seq.

ti dicebant, præcipuam hæresin velut in præsidium comparatos: Cuiusmodi sunt assertiones istæ, quas de scriptis Maioris per

1.

Flacianos excerptas subiungimus: Quod voluntas humana Spiritui sancto verboque

2.

Dei in conuersione cooperetur: Quod causa receptionis ad eum modum sit in homini-

3.

bus, quo in ijs est causa reiectionis: Quod homini post lapsum in ipso conuersionis ac-

4.

ctu naturale odium erga res Dei, naturalēque repugnantiam inesse Maior neget: Quod

5.

neget hominem in conuersione ad Deum habere se purè passiuè, uti loquuntur, quan-

6.

tum ad naturales vires attinet: Quod Evangelium propriè loquendo concionem esse dicat de pœnitentia: Quod asserat, Evan-

gelium illud, quo gratuita peccatorum re-

mis-



missio credentibus annuncietur, esse nouum  
 & Apostolis incognitum : Quod fidem, sp̄e,  
 charitatem in homine requirat, velut ad sa-  
 lutem necessaria : Quod salutis nostræ par-  
 tem esse dicat opera, pro quibus vitam æter-  
 nam ac salutem retributionis loco consequamur :  
 Quod iustitiam in hac vita imperfe-  
 ctam esse dicat : Quod inchoatam vitæ no-  
 uitatem dicat esse partem salutis : Quod dis-  
 crimen agnoscat inter iustitiam & salutem,  
 hominem asserens iustum quidem esse sola  
 fide, sed non saluum : Quod de communi-  
 catione idiomatum in Christo, deque ascen-  
 sione illius ad cœlos, & sensione ad dextram  
 patris, Calvinistarū more loquatur. Ex his  
 id genus assertionibus Flaciani colligunt,  
 Maiorem in articulo Iustificationis desertā  
 Lutheri doctrinā turpiter ad Pontificios, vti  
 loquuntur, defecisse; Imò factum esse Ponti-  
 ficijs ipsis longè peiorem, quōrum sententiā  
 de iustificatione, deque bonis operibus com-  
 modiolem, & veritati magis consonam, esse,  
 quam Maioris, Flacianus quidam instituta  
 sententiarum collatione nouem rationibus  
 luculenter demonstrat.

Cū hunc in modum ad annos aliquot  
 magno feruore dimicatum esset, Maior de-  
 mum partim obrutus importunis aduersa-  
 riorum clamoribus, partim à collegis ob di-  
 cacitatem & pertinaciam repræhensus, anno  
 1558. celsit è stadio, quasi palmam aduersarijs  
 concederet; & Confessionem edidit : In qua

ANNO

1557.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

Maior pon-  
 tificijs pe-  
 ior.

Schlusselb.  
 li. 7. hares.  
 pag. 275.

III.

Ann. 1568.

Maior ce-  
 dit è sta-  
 dio.

Ibid. p. 390.



**ANNO** omiſſis loquendi formulis durioribus, qui-  
**1558. 1559** bus haectenus Flacianorum aures vellicarat,  
**1560.** ita ſermonem in explicanda ſententia tem-  
**Ei<sup>o</sup> mollis** perauit, vt omnibus hoc ſcripto abundè ſa-  
**Confefſio.** tisfactum iri crederet. Fecit hoc ad placãdos  
 aduerſarios, inuidiamque papifmi, declinan-  
 dam. Interim phraſin mutauit & verba; ſen-  
 tentiam verò minime: Quam ſibi tueri prò-  
 ptum fuiſſe dicit, niſi publicæ tranquillita-  
 tis gratia lubens è pugna diſcederet. Poſſem,  
 inquit, aduerſarijs meis reſpondere per Dei  
 gratiam: Verum id facere ſuperſedebo pacis  
 cauſa, & propter Eccleſiæ quietem, ne diſſi-  
 dium augeatur.

**Verba Cõ-**  
**feſſionis.**

*Ibid.*

**Ann. 1563.**  
**1564.**

**Librum de**  
**Cõuerſio-**  
**ne S. Pauli**  
**emendat.**

Eandem ob cauſam per idem tempus &  
 ſermonem recensuit de conuerſione S. Pauli  
 pridem editum, quo doctrinam ſuam de iu-  
 ſtificatione, deq; bonis operibus, quibuſcũq;  
 potuit præſidijs munitam complexus erat,  
 vt is liber ſummam Maioriſmi continere vi-  
 deretur. Ex eo nonnulla ſuſtulit, quãdam  
 interpolauit lubrico verborum apparatus; a-  
 lia, quæ forſan inclementius dicta fuerant,  
 ſuaui temperamento leniuit: Præſationem  
 ipſam, quæ benè prolixa erat, & in Flacianos  
 acerbior; tum ſynopſin libri, vel propoſitam  
 initio ſummam totius operis, planè reſecuit,  
 omniaq; mitigauit, quæ Flacianis auribus a-  
 ſpera videbantur; futurum ratus, vt ad hanc  
 ceſſionem furor aduerſariorum conquieſce-  
 ret. Itaque librum in hunc modum conclu-  
 dit: Rogo pios omnes, inquit, vt tandem ſeſe  
 com-

*Ibid. p. 376.*

ſeſe  
 com-



componant ad quietem, & si quid in hac declaratione desideretur, id suppleant ex alijs scriptis nostris, in quibus hæc prolixius explicantur. Hæc Maior; qui socios quidem hac declaratione placavit, Melanchthonicos inquam, Adiaphoristas, & molliores Lutheranos: At Flacianis hac laruatâ palinodiâ, quâ verbis ad fraudem compositis, non animo fieri iudicabât, nequaquam satisfactum fuit; quæ admodum Flacius ipse, alijsq; factionis istius, scriptis in lucem editis palam testabantur. Id cum Maior animaduerteret, excæduit supra modum, & quod reliquum erat amarulentix plenis faucibus in Flacium eiusq; gregales euomuit, idque tanta verborum acerbitate animique vehementia, vt è Flacianis quidam, Hieronymus Mencilius Maiorem instar rabidi canis aduersarios allatrare mordereq; dicat. Scriptum verò in quo Flacianos tam duriter insectatus est, in forma præfationis emisit; quam cum Homelias suas latinè scriptas ederet, operi præfixit: Quamquã & scriptũ hoc postea germanicè versum separatim edidit, vt apud vulgus quoq; Flacium eiusq; socios odiosos redderet. Erat autem dentatum, mordax, virulentum, quod acerbissimam, atroque felle redundantem inuectiuam non iniuria dixeris.

Principio retinuisse se doctrinam asserit à Luthero per manus & viua voce traditã, nec ab ea vel latum digitum vnquam declinasse, quicquid Flaciani vociferentur; à quibus per

ANNO

1564.

“

“

Eis non satisfacit.

Ann. 1565.

Maior irritat<sup>9</sup> rursus debacchatur in Flacianos,

*In Censura de Maioris præfat. quã Schlussseib. lib. 7. de hæres. inseruit, pag. 277.*

Maioris Homeliaz. Summa præfationis.

Queritur de iniuria ob deprauatum Lutheranismum,



ANNO  
1565.

*Ibid. p. 287.*

Scommata  
eius in Fla-  
cium.

Flacius  
mendax,  
vafer, &c.

Illyrica fa-  
ctio pestis  
Germanicæ.

Flaciani  
contume-  
liosi.

per inuidiam sese grauari queritur euentis  
criminationibus, quasi puram Euangelij do-  
ctrinam reliquerit: Qua in re nec Flacio,  
nec complicibus ipsius credendum asserit;  
Quod ille fax, tuba, dux & caput sit horribi-  
lis dissensus ac distractionis inter Luthera-  
nos: homo sceleratus, qui se primum miris  
artibus & hypocrisi in notitiam & familia-  
ritatem Melanchthonis, aliorumque VVit-  
tenbergenſium inſinuarit, vt hinc captata  
occasione eos opprimeret, se verò velut Pon-  
tificem inter Lutheranos conſtitueret: Quod  
Synonijs furijs accēſus inſidiosè captarit ter-  
mones, colloquia, litteras & ſomnia Philip-  
pi, & aliorum, eaque perfidè in vulgus ſpar-  
ferit, vt ipſos exoſos & ſuſpectos efficeret:  
Quod artibus Synonijs peſſima in animo  
conſilia coquens dolis ac mendacijs multos  
deceperit: Quod ſe magno zelo fingat accen-  
ſum erga ſynceram euangelij doctrinam, cu-  
ius Maiorem & alios proditores & corrup-  
tores à multis annis proclamari, ſparſis in  
vulgus virulentiffimis libellis, qui tota mé-  
daciorum conuitorumq; plauſtra vexerint:  
Quod his artibus factionem Illyricam inſti-  
tuerit, cum qua tanquam nocentiſſima peſtis  
bonam Germanicæ partem occuparit, & in  
illa zeli ſimulatione omnes propemodum  
articulos fidei inter Lutheranos arrodere at-  
que allatrare non erubuerit. Hæc de Flacio  
ipſo: Ad Flacianos verò quod attinet, ijs fi-  
dem non adhibendam ait; Quod ſe, Maiorē,  
mali-



malitiosè, sycophanticè, & impudentè per  
 calumniam accuserint, quasi de necessitate  
 bonorū operū eandē planè cū pontificijs sen-  
 tentiam tueatur: Quod sint homines ingrati,  
 beneficiorum à Maiore præstitorum imme-  
 mores; imò & periuri, qui de schola VVittē-  
 bergensi contra iusiurādum apertas calum-  
 nias & mendacia sparferint: Quod non men-  
 daces tantum sint, sed & iactabundi, super-  
 bi, & inanis gloriæ cupidi, dum se solos velut  
 columnas immotas Euāgelij puritatem post  
 bellum Smalcaldicū retinuisse iactant. Quod  
 hoc fūco simpliciores deceperint, à quibus  
 recepti magnum ecclesijs & scholis intule-  
 rint detrimentum: Quod horū audacia scēdē  
 turbatæ deformatæque sint ecclesiæ Luthe-  
 ranæ, eisque plus damni datum, quam vllis  
 vnquam pontificiorum machinationibus:  
 Quod scholas, in quibus velut angues in sinu  
 foti sint & enutriti, sophistomania sua, calu-  
 mnijs, mendacijs, criminationibus, λογωμα-  
 χίας non necessarijs penè scēdius deforma-  
 rint, quam omnes exteris, quas ex professo  
 delere sint conati: Quod eo audaciæ proces-  
 ferint, vt apertè cœperint in ecclesijs & scho-  
 lis dominari: Quod Ecclesiam Catholicam  
 ad se suaque contubernia alligarint, & quan-  
 tumuis impia docerent ac contraria verbo  
 Dei, omnes tamen à se disidentes tanquam  
 Catharmata & Alastores orbis terrarum ana-  
 themate iugularint: Quod tanquā noui pon-  
 tifices negotijs & consilijs politicis sese im-  
 miscere

ANNO  
1565.

1566.  
Ingrati,  
periuri.

Arrogātes.

Deforma-  
tores Lu-  
theranis-  
mi.

Scholarum  
extermina-  
tores.

Ecclesiarū  
inuasores.

Noui Pon-  
tifices.



ANNO  
1566.  
Causa bel-  
lorum.

Maioris  
purgatio.

De purita-  
te Luthe-  
ranismi.

Causa edi-  
tae Confes-  
sionis.

IV.  
Flaciani ad  
pugnam  
eientur.

miscere voluerint: Quod minitari principi-  
bus ausi sint hocq; machinari summo studio,  
vt vel ipsos committerent inter se, vel florē-  
tes respublicas contra principes commoue-  
rent: Quod immanibus ausis intestina bella  
per Germaniam accēdere conati sint, quibus  
omnia conflagrarent: Quod eam ob causam  
tandem, cū detecta esset ipsorum malitia, e  
scholis & Ecclesijs cū ignominia sint eiecti.

His coloribus Flacium eiusq; manipula-  
res depingit Maior: Se verò fideliter serua-  
se dicit Lutheri depositum, nec vnquam ab  
eius sententia vel latum vnguem discessisset:  
Qua de re Academiam & Ecclesiā V Vitten-  
bergensem, auditores suos omnes, & scripta,  
quæ in manibus hominum versentur, iucu-  
lentum, ait, præbere testimonium: Id se fu-  
riosis hominum factiosorum clamoribus op-  
ponere dicit. Et quanquā nihil dubitet, quin  
huiusmodi testimonium sufficiat; tamen ad  
mitigandos aduersariorum furores edidisse  
confessionem, in qua sententiam suam per-  
spicue satis, eumque in modum declarauit,  
vt bonis omnibus & prudentibus abundè sit  
satisfactum. Quod verò Flacianorum incle-  
mentiam hac declaratione placare non po-  
tuerit, id nemini mirum esse debere; cū hu-  
iusmodi homines sint isti, quales iam ante  
depinxerat.

Hoc scriptum peracerbum sanè ac longè  
virulētissimum bilem mouit Flacianis eolq;  
vehementer in pugnam denuò concitauit.

Certè



Certè Maior omnem controuersia sopiēda  
spem eo ipso penitus abruptit: Nec vnquam  
adduci potuit, vt redintegrato post editam  
Confessionem certamine deinceps ad extre-  
mum vsque spiritum aduersarijs vel latum  
culmum cederet. Iam verò nec Flaciani cau-  
sa suæ defuerunt, qui scripto hoc acerbissi-  
mo, ceu classico quodam exciti turmatim  
denuo prouolarunt, & Maiorem deinceps  
non modo quamdiu vixit, sed & mortuum  
varijs scriptis acerrimè sunt infectati: Maio-  
ris causam VVittenbergenses & Lipsienses  
tuebantur; tum concionatores ij, qui sub Au-  
gusto Electore Saxone Lutheranis ecclesijs  
præerant: Flacianis verò duces Saxonie Vi-  
narienses & ciuitates multæ per Germaniam  
adhærebant.

Erat autem scēdum omnino spectaculum,  
videre tantis odijs inter se dimicantes eos,  
qui vtriq̄ue de puro putoq̄ue Lutherane do-  
ctrinæ nucleo gloriabantur; vtriq̄ue scriptu-  
ræ sacræ, Confessionis Augustanæ, Luthe-  
ricæ testimonia magno numero produce-  
bant; cū interim acerrimè contradicerent  
alijs alijs, seque mutuò velut hostes Christi,  
hæreticos, apostatas, veritatis & Euange-  
lij proditores anathemate ferirent, eum-  
que in modum agerent causam hanc, vt  
alijs in aliorum perniciem conspirasse vide-  
rentur: Cæterum ne quis Maiorem se-  
nio iam fatiscentem, & laboribus fra-  
ctum desistere à dogmate propugnando,  
vel

ANNO  
1566.

Vtriusque  
partis pa-  
troni &  
collegæ.

Ad scripta  
Lutheri  
prouocat.

Maioris  
postremū  
scriptum  
de iustifi-  
catione.

vel



ANNO

1557. 1558

vel animo labascere putaret, anno 1567. germanicum librum edidit sub hoc titulo: Reperitio & postrema declaratio doctrinae de iustificatione hominis coram Deo: Ex quo scripto facile depræhendi potuit, eum porro quoad viueret, à sententia non discessurum. Contrà verò & Flacianorum tantus erat ardor in hac causa, tam virulentum odium, adeoq; obstinatus animus, vt nec ipsi vnquam cessuri viderentur.

Augustus  
Electo  
Saxon.

Augustus interim Elector, qui Maiorem & Melanchthonicos fouebat, Academijs ditionum suarum VVittenbergensem & Lipsiensem per Flacianos infestari hostiliter, imò & maculam illis aspergi proditæ veritatis, perindignè tulit: Atque id eo quidem magis, quod & populum scriptis polemicis, & importunis altercantium clamoribus miserandum in modum in factiones distrahi videret.

Monet Vi-  
narienses  
Duces de  
expellendis  
Flacianis.

Monuit itaq; Ioannem Gulielmum Saxoniae Ducem, qui patrocinium in Thuringia præstabat Flacianis, vt inquietos id genus homines Ecclesiarum suarum vastatores & hostes acerrimos ab se dimitteret. Ille pro suo in Flacianos affectu disputationem, vel colloquium inter vtrosque prius instituentum censuit, faciendumque periculum, an hac ratione dirimi tandem posset fœdissimū hoc certamen. Placuit, institutum Electori Augusto, qui se publicæ tranquillitatis & concordia cupidiſſimum semper exhibuit, fuitque duorum principum autoritate ad lo-

Colloquiū  
instituitur.

piendas



piendas altercationes domesticas colloquiū institutum. Cuius summariam descriptionem vt hoc loco inseramus, cursus historiae, quam scribimus, vel rerum à Maiore gestarum series postulare videtur. Ipse siquidem occasionem dedit huic colloquio, in quo controuersia de iustificatione non aiter per Flacianos disceptata fuit, ac si Comitiam de capite Maioris agerentur. Hunc enim præter Melanchthonē imprimis petebant isti; hunc oppressum cupiebant, & anathemate iugulatum. Et quanquam ad colloquium ipse nõ venit, nullum tamen Flaciani congressum habuerunt, quin Maiori virulentum aculeum infigerent: tanto desiderio flagrabant hominis opprimendi.

ANNO  
1568.

Maior cau-  
sæ Collo-  
quij.

C A P V T III.

- I. *Colloquium Altenburgense cum enumeratione collocutorum & præsidis, legibus item & forma agendi.*
- II. *Initium actionis & inter partes orta contentio.*
- III. *Consultationes, rixæ, scripta & inuectiua collocutor.*
- IV. *A conuitijs abstinere iubentur per Præsidentem, at frustra.*

LOCVS Colloquio designatus fuit Altenburgum, quæ Misniæ ciuitas est; quo concionatores aliquot primi nominis

I.  
COLLOQV.  
ALTENB.

h h                      ex vtra-



ANNO  
1568.

Capita cō-  
trouersa.

Nomina  
Collocu-  
torum Ma-  
ioristarū.

Nomina  
Flaciano-  
rum.

Ioan. Gu-  
lielm. Sax.  
Dux præses  
Colloquij.

ex vtraque factione conuocati sunt, vt de  
controuersia Maioris, de Iustificationis do-  
gmate, de bonis operibus, de libero arbi-  
trio, deque adiaphoris collatione sententia-  
rum instituta concordiam tentarent. Hæc  
enim ferè sunt capita, in quibus Flaciani à  
Maioristis, Melanchthonicis, Adiaphori-  
stis, Synergistisque atque Interimistis dis-  
sidebant. Venerunt Alteburgum ab Ele-  
ctore missi consiliarij tres politici, Ioannes  
à Bernstein, Ihan à Zeschavv, & Laurentius  
Lindeman Iurisconsultus; Theologi verò de  
Maioristarum numero sex, Paulus Eberus,  
Henricus Salmuth, Andreas Freyhub, Pe-  
trus Prætorius, Caspar Cruciger iunior, &  
Christianus Schutz: Qui scribam secum ad-  
duxerunt, Henricum Mollerum. Toti-  
dem è Flacianis quoque venerunt: Politi-  
ci nimirum tres Eberardus à Than, Hen-  
ricus ab Erffa, Petrus Prem, Iurisconsul-  
tus: Theologi sex; Ioannes VVigandus,  
Ioannes Fridericus Cœlestinus, Christo-  
phorus Irenæus, Bartholomæus Rosinus,  
Alexius Bresnicerus, Timotheus Kirch-  
nerus. Hos Ioannes Gulielmus Saxoniae  
Dux Flacianorum patronus Alteburgum  
euocauit, iisque scribam adiunxit, Not-  
arium vulgo nominant, Martinum Burg-  
grauium. Flagrabat princeps iste magno pa-  
cis conciliandæ desiderio: Ideoque ipse col-  
loquio interesse adeoque præesse voluit, vt  
dirigeret ac promoueret negotium, & præ-  
sencia



sentia sua quorundam impotentiam frenaret. ANNO 1568.

Initium actionis ad 21. Octobris factum est, lectumque exordij loco decretum de forma modoque colloquij, diu ante conceptum per consiliarios politicos vtriusque principis; cuius hæc erat sententia: Ortum esse disidium annis superioribus inter Electoris Augusti, & Ducis Saxonæ Ioannis VVilhelmi concionatores de quibusdam religionis capitibus, ita vt alij alios errorum quorundam & defectionis ab Augustana Confessione reos fecerint: Quemadmodum ex libris manifestum sit vtrinque scriptis in hoc genere, ac passim non sine graui multorum offensione per Germaniam diuulgatis. Extremam itaque postulare necessitatem, vt sublatis disidijs restituantur doctrinæ conformitas, eademque ad posteros transmittatur. Quamobrem censuisse Principes futurum operæpretium, si Theologi quidam vtriusque partis, & consiliarij politici modestè colloquerentur de controuersis articulis, eosque, si qua fieri posset, adhibita moderatione conciliarent. Quæ res vt legitimè procederet, Leges & cum fructu perageretur, consiliarios forma agē:  
vtriusque Principis ipsorummet principum mandatu de futuri colloquij forma loquio.  
& legibus in hunc modum inter se conuenisse.

Principio, vt vno mense, nec diutius, ante  
h h 2 diem



ANNO  
1568.

2. diem auspiciando colloquio destinatum, vtrinque Theologi sex, consiliarij politici tres, & scriba iuratus vnus nominetur, ad congressum hunc ablegandi. Deinde vt hi duodecim vtriusque partis Theologi de contro- uerlis hactenus dogmatibus, puta de iustifi- catione, de bonorum operum necessitate, de libero arbitrio, & de adiaphoris, in præsen- tia sex politicorum, quos vterque princeps designarit, modestè sine cuiusquam præiudi- cio colloquantur: Vt politici consiliarij no- mine suorum principum animum diligen- ter aduertant, & si res ita postulet, officij moneant collocutores, atque hoc agant con- silijs inter se communicatis, vt actio ritè, prudenter, atque ordinatè procedat: Quod si fortè libros quosdam de controuersijs illis editos, in medium proponendos Theologi iudicent, atque inspiciendos, & quæ scripta sunt in ijs expendenda, vt ea de re se mu- tuo differentes, & declarantes sententiam suam amanter & benignè audiant: Vt facta declaratione, ipsoque colloquio demum absoluto conueniant inter se Theologi, & formam quandam concipiant communibus omnium suffragijs probatam, quomodo nimirum de controuersis articulis porrò do- cendum sit in scholis & ecclesijs, quæque loquendi formulæ deinceps in scriptis, in concionibus publicis retinendæ sint & usur- pandæ, quæ reiiciendæ vitandæque: Vt omnis hæc actio dirigatur ad res ipsas do- ctrinam-



Et rnamque explicandam, nec vllæ persona- ANNO  
 rum aut hominum condemnationes insti- 1568.  
 tuantur: Vt conciliatione dogmatum feli- 7.  
 citer peracta, confectoque ea de re scripto,  
 politici deinde sententijs inter se collatis de-  
 liberent, quomodo formandus sit recessus,  
 quem vocant, & publicandus; tum quid a-  
 gendum vtriq̃ue Principi statuendumque  
 vt concordia in ijs ditionibus & pax stabi-  
 liatur: Si verò conciliatio non succedat in  
 vno pluribusue dogmatis, vt tum autoritate  
 principum ea consilia suscipiantur, quæ ip-  
 sorum iudicio mutuoque consensu ad fan-  
 ciendam concordiam oportuna videbuntur:  
 Vt hoc casu politici cõsiliarij Theologis in- 8.  
 terdicant seriò, mandentque, vt interea tem-  
 poris, dum principes de legitimis dissidij cõ-  
 ponendi medijs cogitant, vtriq̃ue in concio-  
 nibus, in scholis, in scriptis etiam publicis ab  
 infectatione personarum & contumelijs ab-  
 stineant: Quod si conciliatis articulis supe- 9.  
 rioribus, de cæteris quoque controuersijs,  
 quas alibi constet inter Lutheranos exor-  
 tas, Theologi conferendum censeant, vt  
 in ea deliberatione pacis & tranquillitatis  
 inter omnes Augustanæ Confessionis Or-  
 dines conseruandæ ratio cum primis habeatur.

Hæc ferè summa fuit decreti; quod cum Flacianorū  
 sub actionis initium à notario recitatum es- obmurmuratio.  
 set, Flaciani confestim obmurmurarunt, In Colloq.  
 protestati decretum illud à Theologis vtri- lat. ed. p. 2. b  
 usque



ANNO  
1568.

usque partis examinandum fuisse ratificandumque, priusquam in confesso publicaretur. Esse quaedam in eo quae iustam deliberationem postulent. Se quidem illud in medio relinquere, velut ordinationem à viris tantum politicis conscriptam, quae praëiudicium adferre non debeat causae principali: Facturos nihilominus in hoc colloquio, quod viros Christianos deceat. Sic isti vel in ipso actionis limine turbulentum spiritum prodiderunt.

## II.

Io. Wigandus incipit actionem, sine iussu principis.

Maioristarum replica de seruando decreto.

LECTO decreto Ioannes VVigandus Flacianorum ductor, iniussu Principis actionem ordiri voluit, priusquam de modo agendi, quem in decreto praëscriptum diximus, inter utrosque conuenisset. Itaque praëfatus quaedam de dissensionibus post obitum Lutheri exortis, deque suo & sociorum affectu ad sananda ecclesiae Lutheranae vulnera, tandem Bartholomeo Rosino collegae mandat, vt quam de iustificatione deque bonis operibus Flaciani conscripserant Confessionem recitaret. Id vero perindignè tulerunt Electoris consiliarij politici, ceterique Maioristae; quorum nomine Laurentius Lindemannus iureconsultus interpellauit VVigandum publice, & ne confessio recitaretur, impediuit; mouendos primum aduersarios asserens, vt decreti forma seruetur, scilicet vt vtriq̄ue ante omnia declarent sententiam suam de dogmatibus controuersis, & siquidem conueniant, vt antitheses for-

men-



mentur; nec initium actionis sumatur ab ac- ANNO  
 culationibus: Metuendum enim, si id fiat, 1568.  
 ne vel suspendatur colloquium huiusmodi  
 circuitionibus, vel in ipso limine dissipetur.  
 Princeps his auditis deliberandi causa sece-  
 dit, quem consiliarij politici, tum VVi-  
 gandus cæteri que factionis istius secuti  
 sunt.

Habitâ Consultatione Petrus Premius Premij dif-  
 Flacianorum nomine respondit, & repudia- fertatio de  
 ta, quam Lindemannus proposuerat agen- ratione a-  
 di ratione, Principi ait videri consultum, gendi in  
 colloquio.  
 vt de quouis controuerso dogmate princi-  
 pio theses simplicissimè ponantur; deinde  
 subiungantur antitheses vel assertions the-  
 sibus istis contrariæ: Demum succedant hy-  
 potheses, quæ notatis librorum titulis &  
 folijs prodant autorum nomina, per quos  
 antitheses huiusmodi defendantur. Hunc  
 agendi modum fore commodissimum,  
 quem Princeps eum in finem non vrgeat,  
 vt suspendatur vel dissoluatur colloquium,  
 sed vt controuersia melius intelligantur.  
 Hæc ille. Interea tempus effluxerat actio-  
 ni destinatum: Itaque Maioristæ delibe-  
 randi spatium petiuerunt in diem sequen-  
 tem.

Postridiè, qui 22. Octobr. fuit, cum omnes Eberi cona-  
 denuò confedissent, Paulus Eberus Maiori- tus frustra-  
 starum primus dissimulatis ijs, quæ pridie neus in re-  
 de modo agendi proposita fuerant, & inter citanda Cō-  
 fessione  
 utrosque disceptata, generatim quædam Maiorista-  
 de do-  
 rum.



ANNO  
1568.

Flacianorū  
delibera-  
tio.

Eorum re-  
sponsio.

Maiorista-  
rū replica.

Flacianorū  
cōsultatio.

de domesticis Lutheranorum dissensionibus, tum de doctrina Lutheri & Melancthonis in ijs regionibus conseruanda. prælocutus, post longos circuitus confessionem suæ factionis, Maioristarum inquam, recitare voluit, quam de iustificatione, deque bonis operibus conscriptam in manibus habebat. Quod cum VVigandus animaduertiret, Eberi sermonem interrupit, monuitque Principem, sibi cum socijs secedendum, deliberandumque an audienda sit, nec ne Maioristarum ista confessio? Secessit vnà Princeps ipse pro suo in Flacianos affectu; cumque deliberatum esset, VVigandus verba facere iussus Flacianorum nomine, se quoque, ait, & socios in votis habere, vt confirmetur Lutheri depositum, & concordia verbi diuini beneficio restituatur: Impediri verò per conscientiam, ne decreti vinculis astringi se patiantur. Causas etiam habere multas & graues, cur probare nequeant formam actionis per aduersarios propositam; nec ab ordine colloquij, quem hesterno die designarit princeps, se quidem discessuros.

Hæc VVigandus. Maioristæ verò re seorsim deliberata communibus suffragijs decernunt, nec sibi discedendum à decreto, quod ab vtriusque partis politicis conscriptum sit, & Principum non assensu modo, sed & Flacianorū sigillo confirmatum: Qua de re mentem suam Ioanni Gulielmo Sax. Duci per consilia-



filiarios politicos suæ partis aperiunt. Ille ANNO  
denuò seorsim cum Theologis suis consulta- 1568.  
tionem instituit.

Post multam deliberationem Maioristis Eorum re-  
per Politicos aduersè partis renunciatur, pla- sponsum.  
cere Principi, vt quam conscriptam habeant  
confessionem, postridie recitent exhibeant-  
que. Additum est, idem facturos & Flacia-  
nos: ea conditione tamen, ne res hæc apud  
exteras ecclesias, quas partibus suis habeant  
adhærentes, præiudicium gignat; tum ne  
Theses offerantur tantū, sed vt scripto quo- Eberus re-  
que semel atque iterum ad eas vtrinque re- citat con-  
spondere liceat: ac tum demum collocutio- fessionem  
nis fiat initium. Igitur sequenti die, qui 23. Maiorista-  
rum.

Octobris fuit, Paulus Eberus in confessu pu-  
blico confessionem Maioristarum, quam di-  
ximus, recitauit, scriptam omnium eorum  
nomine, qui per ditiones Electoris Augusti  
sub Augustanæ confessionis titulo scholas Summaria  
ecclesiasque moderabantur. Constat dua- Confess.  
bus partibus hæc confessio: In prima de iu-  
stificatione differebant; in altera de bonis  
operibus idque in hanc ferè sententiam: li-  
cet homines iustificentur gratis solâ fide; po-  
stulari tamen ab ijs nouam obedientiam, vel  
externa atque interna charitatis opera, velut  
necessaria iustificatis ad salutem. Circa fi-  
nem vtriusque partis condemnabant omnes,  
quos ipsi vel nimium tribuere bonis operi-  
bus, vel Euangelij nomine abuti ad velan-  
dam carnis licentiam iudicabant. Primi ge-



ANNO  
1568.

neris faciunt Phariseos, Origenem, Pelagium, Monachos, Papistas, Iesuitas, aliosque sanctos operarios, quos vocant. Ad alteram classem Antinomos nostri temporis referunt, tum fanaticos Anabaptistas, & furiosos Libertinos, aliosque id genus diuinæ legis aduersarios.

III.  
Rosinus  
recitat Cō-  
fessionem  
Flaciano-  
rum.  
Summaria  
Confess.

I.

Cum Eberus scriptum absoluisset, Flacianis permillum fuit, vt & ipsi de eodē capite confessionem suam ex scripto recitarent; è quorū numero Bartholomæus Rosinus Wiggandi iussu scriptū legere cœpit, in tres partes distributum. Prima theses complectebatur, vel assertions de iustificatione, deque bonis operibus, quarum summa erat: Iustificari homines imputatione mortis Christi:

2.

Eam verò iustitiam per solam fidem apprehendi; ex qua deinde fructus bonorū operū proueniant. Secunda pars antitheses cōtinebat, vel assertions nouēdecim, thesibus istis omninò contrarias; inter quas decima sexta palmarium tenet: Bona opera necessaria sunt ad salutem. In tertiam partem sub hypotheson nomine quosdam errores congesserant (corruptelas vocant ipsi) quos ab obitu Lutheri per Electoris prouincias à Maiore focijsq; eius Melanchthonis sparsos asserabant: vbi libros eorumque paginas notarant, & autorum nomina, è quorum monumentis eos deprompsissent: quibus ob huiusmodi corruptelas fœdum proditæ veritatis & apostasiæ crimen à multis annis asperferant.

3.

Hu-



Huius scripti cum priores duæ partes lege- ANNO  
 rentur, theses scilicet & antitheses, patienter 1568.  
 auscultarunt aduersarij Maioristæ. At cum Maioristæ  
 ventum esset ad hypothesas, in quibus Ma- contradi-  
 iorem eiusque socios atro carbone notatos cunt tertiæ  
 esse nouerant, priusquam eas ordiretur le- parti con-  
 ctor, non Theologi modo, sed & consilia- fessionis.  
 rij Electoris è confesso sese proripuerunt:  
 quod cautum esse dicerent decreto Principi-  
 pum, ne personæ tangerentur nominibus  
 expressis, sed vt in doctrinam ipsam om- Secundum  
 nis actio dirigeretur: quæ res nouas dein- decretum  
 de contentiones peperit. Maioristæ iuxta agi postu-  
 decretum agi postulabant, & theses primum lant.  
 constitui, subiungi que generatim antithe-  
 ses aduersariorum dogmatum: verum à  
 condemnationibus, quas Flaciani sub vm-  
 bra hypotheson in aduersarios machina-  
 bantur, tantisper censuerunt abstinentium,  
 donec ex collatione liquidum euaderet, vtra  
 pars in errore versaretur. At Flacianis lon- Flacianorū  
 gè alia mens erat. Habebant enim in Ma- detrectadi  
 iorem eiusque socios, in Melancthonem, libido.  
 in Synergistas, in Adiaphoristas parata ful-  
 mina, quæ vt alias in scriptis & concioni-  
 bus frequenter in aduersarios iaculati fue-  
 rant, ita nunc spectante Principe in eorum  
 præsentium capita vibrare cupiebant. Ita-  
 que statim initio cuiusq; articuli prodi- vo-  
 lebant eorum nomina, per quos ab obitu  
 Lutheri corruptelas inuectas multis annis  
 clamitarunt; atque in eos continuo prius-  
 quam



ANNO  
1568.  
Maioristæ  
acquiescūt  
placito  
Principis.

quam auditi essent, diris & anathemate fulminandum decreuerant. Cum vero Princeps nullis se rationibus à sententia dimoueri pateretur, tandem assenserunt politici, quos Elector ad colloquium miserat, ut hypotheses nuper omissæ vigesimo sexto Octobris in confesso recitarentur. Ea res licet Theologis istius partis multum displiceret, obtemperandum tamen fuit, ne si hanc ob causam colloquium dissolueretur, id aduersarij Flaciani spargerent ipsorum culpâ contigisse.

9. Corruptelæ à Maioristis introductæ.

In Colloq.  
lat. pag. 8.  
& seq.

Legit igitur VVigandi iussu Rosinus hypotheses, quæ nouem corruptelas complectebantur, è Maioris ipsius libris potissimū excerptas, quibus euangelicæ doctrinæ puritatem in articulo iustificationis fœdè contaminatam asserabant. Hæ verò corruptelæ, quia summam continent eorum, ob quæ Maiorem eiusq; gregales defecisse ab Evangelio, & ad Papistarum castra transfugisse clamitant, nobis hoc loco breuiter veniunt inferendæ. Dicimus, inquiunt, hæc corruptelas post obitum Lutheri, in Ecclesiam Dei sparsas esse publicis scriptis. 1. Imputatione & inchoatione simul nos corâ Deo iustificari. 2. Præcipuè nos fide saluari & iustificari. 3. Bona opera ad salutem necessaria esse. 4. Bona opera salutem & iustitiam retinere. 5. Non pugnandum esse de particula, Sola, in hac propositione; Solâ fide iustificamur. 6. Discrimen esse inter iustitiam



stitiam & salutem. 7. Iustitiam Christiano- ANNO  
rum, quâ coram Deo iusti sunt, in hac vita 1568.  
imperfectam esse. 8. Pro bonis operibus 7.  
dari vitam æternam. 9. Fide & confessione 8.  
homines apprehendere salutem & iustifica- 9.  
tionem.

Abolutis hypothefibus Maioristæ poli- Maioristæ  
tici cum Theologis secesserunt, & re delibe- queruntur  
rata per Lindemannum Iureconsultû questi- de acerbi-  
sunt de Flacianorum acerbitate & iniustitia, tate Fla-  
quod nimirum nec cognita causa, nec audita cianorum.  
parte altera durius locuti sint & asperius,  
quam par fuerit. Esse negotium hoc arduum  
magnique momenti, nec intermissuros Ele-  
ctoris Theologos, quin ad ea quæ proposita  
sint & obiecta respondeant, vti necessitas &  
rei magnitudo postulare videatur. Deinde Eorû the-  
Maioristarum theses & antitheses Principi ses & anti-  
traditæ fuerunt, qui Flacianis eas dedit exa- theses exa-  
minandas: Flacianorum verò theses, anti- minantur.  
theses & hypothefes item, Princeps Maiori-  
starum Synedrio vicissim ad censuram re-  
uocandas exhibuit. Et Flaciani quidem pro  
suo ardore biduo sequente censuram scri- Censura  
pserunt, viginti septem notationibus distin- Flaciano-  
ctam, quibus confessionem aduersariorum rum.  
de iustificatione & bonis operibus lancina-  
runt. Eam censuram Rosinus 29. Nouem- Prælegi-  
bris horâ octauâ matutinâ in confessu reci- tur.  
tauit. Prima notatio fuit, quod Ecclesiam  
Maioristæ suo tantum contubernio alligare  
videantur, exclusis ijs, per quos erroris &  
defe-



ANNO  
1568.

Censura  
Maioristarum.

defectionis ab Augustana confessione fuerant infimulati: quæ notatio tangit sanè negotij radicem, & vniuersæ causæ iugulum petit. Vbi Rosinus legendi finem fecit, Maioristarum suum quoque iudicium de confessione Flacianorum continuò subiunxerunt: In quo principio, quid in thesibus ipsi desiderarent, modestè satis & paucis exposuerunt. Deinde quod in antithesibus & hypothesebus obiectum erat de erroribus sub Electore sparsis, ipsi retorquent in Flacianos, quos se de magnis erroribus in hunc articulum inuentis solidè coniecturos asserunt. Atque hæc vtriusq; partis censura, vti scriptæ erant, latinè & germanicè, aduersariis ad discutendum exhibitæ fuerunt.

Maioristarum postulatam de colloca-tione viuæ vocis.

Princeps deliberat.

Monuit deinde Lindemannus Principem, vt quia bina iam vtrinque sint oblata scripta, colloquij nunc initium fieri iubeat, quæ admodum initio sit constitutum: nimirum, vt res porro deinceps non scriptitando, sed viua voce peragatur, notarijs interim dicta collocutorum excipientibus; vti decretum postulet. Hac ratione futurum ait, vt & incommoda quedam vitentur, quæ alioquin certò merendum sit exoritura; tum vt alij quoque aliorum dicta rectius assequantur, & expeditior sit totius actionis cursus. Princeps hac de re cum suis deliberandum censuit. Itaque secessit abductis secum consiliarijs politicis & Theologis istius factionis; qui suis moti rationibus calamo quâ lingua pugnare maluerunt. Itaque suaserunt Prin-

cepti,



cipi, ne colloquium alia ratione peragi, quã ANNO  
 scriptis mutuis pateretur. Assensit Princeps, 1568.  
 habita deliberatione, nec grauatè quidem, ea Colloquiũ  
 de re mentem suam per Premium Iurecon- in scriptis  
 sultrũ declarauit. Adiecit Premium, quia Ma- fieri man-  
 ioristæ Flacianorum Ecclesijs in Thuringia dat.  
 labem asperferint, quasi doctrinã profitean-  
 tur scedis errorũ sordibus contaminatã, po-  
 stulare Principẽ, vt designent id genus cor-  
 ruptelas, eosq; prodant nominib. expressis,  
 per quos errores istos inuectos arbitrentur.  
 Respondet ad hæc Lindemannus Maiorista- Maiorista-  
 rũ nomine, Non videre Theologos Electo- rũ replica.  
 ris, quæ cõmodior institui possit agẽdi ratio,  
 quam si viua voce colloquium peragatur;  
 quemadmodum decreto cautum sit, atq; ini-  
 tio constitutũ. Ad hypotheses quod spectet,  
 primũ theses vtrinq; declarãdas esse, facien-  
 dumq; periculum instituta collatione, an de  
 controuersis capitibus in eosdẽ cancellos cõ-  
 uenire possint. Vbi verò se mutuo audiue- Flacianorũ  
 rint, & mentẽ suam vtriq; sufficienter decla- pertinacia.  
 rarint, tũ porro de formandis antithesibus &  
 hypothefib. cogitandũ. Premium adhẽc, Prin-  
 cipem, ait, in sententia persistere, nimirum, vt  
 calamo scriptisq; mutuis, non viua voce col-  
 loquium peragatur: tũ vt hypotheses initio  
 statim adiungãtur, proditis eorum nomini-  
 bus, per quos vtriq; nãuis & erroribus do-  
 ctrinã corruptam iudicent. Imprimis alterũ  
 hoc de hypothefibus statim adiungendis,  
 pertinaciter vrgebant Flaciani, scilicet vt  
 aduer-



ANNO  
1568.  
Maioristæ  
deliberant.

aduersarios, quos scriptis publicis apostasiæ, transfugij, proditæque veritatis summâ cum contumeliâ reos fecerant, in hoc congressu nec auditos nec conuictos autoritate censoriâ velut iudices anathemate iugularent.

Cum aliquandiu inter politicos disceptatum esset, tandem Electores Theologi deliberandi spatium impetrarunt in diem vsque sequentem, qui trigessimus Octobris fuit.

*In Colloq.  
Altenb. ger.  
fol. 23.*

Quo die partis vtriusque Consiliarij politici conuenerunt; cumque neutri de sententia discederent, acris fuit inter eos exorta disce-

» ptatio. Et Princeps ipse quidem, anni sunt,  
» inquit viginti, ex quo mutuis sese conuictijs  
» lacerarunt: æquum igitur est, vt eâ de re  
» sermo habeatur. Adhæc Lindemannus, ve-  
» rum est, inquit: sed id debito ordine & lo-  
» co faciendum est. Post multam altercatio-  
» nem Eberardus Than, quemadmodum, in-  
» quit, nostri theses, antitheses, & hypothe-  
» ses exhibuerunt, ita & Electoris Theologi  
» faciant. Neque enim deinceps ferendum  
» est, vt eum in modum cum nostris agatur;  
» scilicet vt Flaciani proclamentur: & si quis  
» deinde quærat: quales sint Flaciani? homi-  
» nes eos dicatur sceleratos, perditos & fedi-  
» tiosos. Id verò Principi nequaquam toleran-  
» dum. Tum Princeps: Metuunt Theologi  
» vestri, ne vna cum alijs condemnentur. At  
» nobis longè alia mens est. Progrediamur pa-  
» ri passu. Nos ipsorum næuos & corruptelas  
» demonstrauius: Faciant ipsi vicissim hy-  
» pothe-



potheses suas; tum deinde facilè ad rem veniemus.

Hæc trigesimo Octobris inter Principem & politicos vtriusq; partis absentibus Theologis acta sunt, animis quorandam nonnihil efferuescentibus. Postridie Flaciani scriptum obtulerunt Principi, in quo se negant actionem cum aduersarijs continuaturos, nisi res agatur scriptis mutuis, & Maioristæ corruptelas Flacianorum designent expressis autorum nominibus, per quos eas inuectas arbitrentur. Scriptum hoc prolixum satis continuo Maioristis exhibitum fuit, qui sub vesperam eiusdem diei responderunt, se quidem ad formam colloquij quod attinet, permanentes in sententia, nec eam agendi rationem probaturos, quam aduersarij contra decretum vrgeant, nisi per Electorem Principem aliud mandetur. Ad eum igitur se perscripturos aiunt rem omnem, & quid in hoc negotio fieri velit, certius exploraturos.

Calendis Nouemb. Ioannes Guilielmus Saxoniae Dux, legatos Electoris politicos denuo accersit, periculum facturum, an eos ab instituto dimouere posset? verum id frustra fuit: Decretum erat pridie, aduersarijs contra decretum nitentibus prorsus non assentiri, nisi consulto primum Electore Principe. Ad hunc igitur duo fuerunt ablegati, Ioannes à Zeschavv politicus, & Christianus Schutz concionator aulicus, qui de progressu colloquij, tum de mora per aduersarios iniecta

ANNO

1568.

Flaciani in  
sententia  
permanens

Maioristæ  
ad decretum  
prouocant.

Delegati  
ad Electo-  
rem.

Eum de  
actis Collo-



**ANNO**  
1568.  
quij infor-  
mant.

docerent Principem, eiusque sententiam de duabus istis controuersijs exquirent. Ad- diderunt vtrique, politici inquam & Theo- logi, litteras bene prolixas, quibus Electro- rem Principem non modo de ijs quaë hacte- nus acta fuerant, sed & de machinationibus aduersariorum contra decretum & leges col- loquij certiolem fecerunt.

**Electoris**  
**responsio.**

Electo ad vtrasque respondet, datis vi- cissim ad Theologos suos, tum ad politicos separatim litteris. Et Theologos quidē serio cohortatur, vt quanto possint studio cōcor- diam promoueant; ad quaē inter vtrosq; sar- ciendam licet aduersarij non admodum pro- pendere videantur, quemadmodum ex ipso- rum circuitationibus, tum ex calumnijs, so- phisticisq; strophis animaduertat; laboran- dum tamen ipsis, ait, vt in declarandis tribus articulis iuxta decretum progressus fiat; tum vt ipsi suo tempore vicissim in antithetibus aduersariorum errores liberè designent, de- que ijs iudicent iuxta Dei verbum, ecclesias etiam & scholas suarum ditionum constan- ter & fortiter tueantur. Quanquam verò iustè recusalint eam agendi rationem, quam aduersarij vrgeant, qui scriptis alternis non viua voce colloquium peragi velint; si ta- men obstinatis animis in sententia persi- stant, cedendum illis, ait, hac parte qui- dem, ne dissoluatur colloquium, eius rei culpam ipsi sustinere cogantur, quasi diffi- dant causa, & propterea congressum detre- ctarint. Hæc Elector ad concionatores tex-

**Eius ad pe-**  
**liticos lit-**  
**teræ.**



tio Nouembris. Politicis vero respondet ANNO paulò breuius; aduersarios, inquit, hoc im- 1568. primis habere studio, vt contra, quam decretum sit & constitutum, arbitrato suo o- Flacianorū conatus. mnia dirigant, atque moderentur: quod cum illis minimè concedi oporteat, admonendum Saxonix ducem, ne nimium indulgeat concionatoribus suis, sed iniecto freno ad decreti limites eos reuocet, & ad pacis concordixque studium. Ante omnia verò actionem istuc dirigant, vt si propter aduersariorum pertinaciam omninò scriptitandum sit potius quam colloquendum, ne cæteris in rebus secus agatur, quam decreti tenor postulet, neue ab antithesibus vel condemnationibus fiat actionis initium.

Scriptit hæc ad politicos Elector quarto Nouemb. Vtræq; verò litteræ ad septimum eiusdè mensis Alteburgum delatæ fuerunt: Postridie ad Curiam vtrique contuenerunt; Eorum libido insul- vbi de colloquio continuando inter politi- tandi Ma- cos deliberatum est: in qua consultatione, ioristis. eum Maioristæ mandatu principis Electoris in vno capite cederent; Flaciani & alterum de antithesibus & hypothesibus initio statim adiungendis pro feruore suo plenis faucibus vrserunt. Quia vero suffragiorum nu- Nouum decretum impetrant: mero, & principis sui præsentis autoritate præualebant, non modo facti sunt voti compotes; verum & hoc obtinuerunt, vt antiquato decreto priore, quod initio promulgatum diximus, de forma colloquiij



ANNO nouæ leges ad ipsorum arbitrium scriberen-  
1568. tur: quas vti eodē die promulgatæ fuerunt,  
*In Colloq.* exactis publicis inserimus.

*Altenb. lat.* Primum, vt in articulo de iustificatione, &  
*ed. pag. 25. b.* bonis operibus eousque procedatur, donec

1. liquido cognosci queat, an Theologi in eo  
” articulo sententijs congruant, vel quam pro-  
” cul à se inuicem, & quibus in partibus discre-  
2. pent. 2. Vt coniunctim de antithesibus &  
” hypothesibus posthac tractetur, ac vicissim  
” Electorales Theologi hypotheses suas simul  
3. exhibeant. 3. Idē ordo in sequentibus duo-  
” bus articulis, vtpote de libero arbitrio, &  
” de Adiaphoris quoque obseruetur. Ita ta-  
” men, vt liberum sit futurū Theologis Saxo-  
” niæ Ducis mox initio cuiusque articuli the-  
” ses, antitheses & hypotheses coniungere, si-  
4. mulq; publicè legere & exhibere. 4. Vt tri-  
” bus aut quatuor scriptis vntrinq; de propo-  
” sitis thesibus agatur, atque eodem planè mo-  
” do de antithesibus & hypothesibus tria vel  
” quatuor permutentur scripta; reseruata ta-  
” men cuiuslibet parti potestate, si id rei neces-  
” sitas exegerit, consentiente illustrissimo  
” Principe, & Electoris politicis consilia-  
” rijs, vt plura etiam liceat scripta exhibe-  
5. re. 5. Neutra pars colloquium abrumpat,  
” nisi de tribus illis articulis propositis iuxta  
” processum & formam, de qua modo est di-  
” ctum, pariter fuerit facta collatio, siue con-  
” ciliatio in vno vel pluribus articulis facta  
6. sit, siue non. 6. In scriptis mutuis iniuriæ,  
am-



ambages & præiudicia caueantur, nec quicquam noui vel peregrini, vel non necessarij 1568. in medium proferatur, quod ad prædictos tres articulos non pertinet. 7. Scripta omnia latinè & germanicè simul exhibeantur; germanica tamen solummodo publicè recitentur. Haecenus decretum posterius, quod Flacianorum importunitas extorsit, Maioristis perpetuò cedentibus, ne ipsorum culpa colloquium dissolueretur.

ANNO 1568.  
7.  
Inuectiuæ  
vtriusque  
partis.

Triduo post, vndecimo Nouembris scilicet, actio tandem resumpta est, quam disputationes istæ de forma colloquij per dies aliquot suspenderant; fuitque porrò per menses ferè quatuor scribendis offerendisque vicissim inuectiuis acriter inter vtrosque dimicatum, animis iracundia odioque vehementer flagrantibus: quo factum est, vt certamen singulis propemodum actionibus incrudesceret. Interim verbis quidem vtrique concordiaæ studium & summam benignitatem animiq; moderationem præ se ferebant; quanquam cohibere se non potuerunt, quin amarulentiaæ odijque pestilentissimum virus, quod intimis medullis reconditum gerebant, subinde per calamum & gestus exteriores erumperet: eumque in modum res acta fuit, vt cum neutri cederent, incertum sit, vtri aduersarios animi virulentia dicacitate, calumniandi que studio superarint. Cæterum duo scripta eodè die recitata fuerunt & exhibita; primum à Maioristis, à Flacianis alterum.

Vtraque se purgat à corruptela Lutheranismi.





ANNO  
1568.

Respondabant vtriq; ad censuram aduer-  
sariorū, & aspersam corruptæ doctrinæ ma-  
culam detergere conabantur. Flaciani pridē  
viginti septem notas, vel animaduersiones  
scripserant in confessionem à Maioristis ex-  
hibitam; atque hi vicissim errores aliquot in  
confessione per Flacianos edita notarant.  
Vtrique igitur doctrinam suam de iustifica-  
tione & bonis operibus, quam certatim vtri-  
que gloriabantur puram sese nullisque con-  
taminatam erroribus profiteri, à sordibus  
aspergis, vti diximus, hoc scripto velut spon-  
gia purgare voluerunt.

VI.  
Principis  
ad Collo-  
cutores ad-  
monitio.

Iuber à cō-  
uitijs absti-  
nere.

Atque hæc tertia coitio fuit, in qua se mu-  
tuò puncturis quibusdam, imo venenatis  
morsibus impetere cœperunt. Quod cū Io-  
annes Gulielmus Saxonie Dux intelligeret,  
eodē die à prandio politicos Electoris con-  
siliarios admonuit, depræhendere se ex scri-  
ptis apologeticis, quæ sint horis antemeridi-  
dianis in confessu recitatae, futurum, si ad-  
eum modum vtrique progrediantur, vt dis-  
putationes istæ in magnas contentiones ex-  
eant, per quas actio hæc aliorsum ab institu-  
to facilè dirigatur. Ad hoc euitandum in-  
commodum mandasse se Theologis suis, ait,  
vt abstineant deinceps ab aculeatis sermoni-  
bus, & de re ipsa tantum respondeant: qua  
de re futurum operæ pretium, vt aduersa-  
rij quoque per politicos admoneantur. Ma-  
ioristæ voluntate Principis intellecta deli-  
berandum censuerunt. Habita consultatio-  
ne re-



ne respondent; deprehendi nunc reipsa, iu- ANNŌ  
 stas fuisse rationes, quibus ipsi sub initium 1568.  
 permoti viua voce potius, quam scriptis mu- Maiorista-  
 tuis colloquium hoc peragendum iudica- rum deli-  
 rint. Quaquam verò causas habeant gra- beratio &  
 uissimas cur aduersariorum inanes logoma- responsio.  
 chias & cauillationes in lucem conspectum-  
 que omnium referant, eamque ad rem satis  
 iam sint instructi; velle tamen hoc labore  
 superfedere nunc quidem; atque id certas  
 ob causas: imprimis quia Principi hoc ipsum  
 petenti gratificari cupiant.

Post quadriduum, decimoquinto Nouem- Flaciani  
 bris scilicet, cum vtrique in Curia de more primum in  
 conuenissent, Princeps aduersarijs per confi- actione di-  
 liarios suos significat, cupere se, vt in hoc cendi locū  
 congressu Flaciani primum dicendi locū ha- petunt.  
 beant: quod cum non difficulter concede- Scriptum  
 retur, Rosinus ipsorum nomine scriptum le- corum vi-  
 git, in quo dū disputant de summa rei, nihil rulentum.  
 ferè nouū adferunt, nisi quod aculeum acer-  
 bius exerunt per interualla, & probri loco  
 Maioristis sub finem obijciunt, quod scriptū  
 latinum in postremo congressu exhibitum  
 non phrasi tantum & verbis, sed & sensu fre-  
 quenter à germanico discrepet. Vbi Rosi- Cōtrarium  
 nus finem legendi fecit, Eberus ex altera Maiorista-  
 parte, prolixam dissertationem exorsus de rum scri-  
 iustificatione & bonis operibus, ea cum- ptum.  
 primis luculenter tractabat, quæ per aduer-  
 sarios in explicanda doctrina iustificatio-  
 nis omissa, vel non perspicuè satis euoluta



ANNO  
1568.

iam ante monuerat. Atque in his scriptis vtrique de mordacitate, deque virulentia partis aduersæ quiritantur; suam verò moderationem in dissimulandis iniurijs, & patientiam vtrique prædicant.

Principis  
mandatū.

His scriptis vtrinque de more recitatis traditisque, Princeps in confesso monuit decretum esse de consensu partis vtriusque, ut de quolibet articulo tria vel quatuor scripta summū exhibeantur: hortari se igitur Maioristas, si quid amplius habeant de primo controuersiarum capite, quod in medium adferre decreuerint, ut hoc ipsum proponant in conuentu futuro, & actionem concludant: idem facturos Flacianos.

Vtriusque  
partis lo-  
gomatica.

Proximus deinde congressus 22. Nouem. habitus fuit; in quo Maioristæ primum, post & Flaciani eadem de re ad nauseam disseruerunt. Et hi quidem, qui postremo loco dicebant, longè prolixius, quam vnquam ante sermocinati sunt: nec aliud tamen, quam recoctam cramben, quod aiunt, virulentia cōdimento respersam attulerunt. Atque haec tenus quidem de thesibus vel assertionibus vtriusque partis, in capite de iustificatione & bonis operibus actum fuit. Princeps verò collocutores monuit, priusquam confessus solueretur: quandoquidem collatio de thesibus primæ controuersia quaternis scriptis vicissim exhibitis iuxta decretum sit absoluta, nunc porro ad antitheses & hypotheses esse progrediendum. Respondit Lindemannus

Antitheses  
& hypothe-  
ses discu-  
tiuntur.



nus re cum Ebero & Salmutio deliberata; ANNO  
 Etsi postremum aduersariæ partis scriptum 1568.  
 omninò respõsum quoddam Apologeticum Maiorũ su-  
 postulet; tamen Electoris Theologos, quia per ijsdem  
 princeps ita velit, ad antitheses & hypothe- postulatũ.  
 ses gressum facturos, hac conditione tantum  
 addita, vt apologiam simul ad diluendas il-  
 lius scripti calumnias adiungere atque offer-  
 re liceat, tum vt ipsis quoque ad formandas,  
 quas exhibere decretum habeant, antitheses  
 iustum temporis spatium concedatur. Prin-  
 ceptis deliberatione cum suis habita, placere  
 Theologis suis, inquit, vt Maioristæ ordian-  
 tur ab antithesibus, vnaque ad antitheses  
 & hypotheses aduersariorum respondeant.  
 Lindemannus omnino, inquit; Interim ge-  
 neralem responsionem adiungere cupiunt  
 ad scriptum prius. Princeps ad hæc: Quãtum  
 intelligo, ad antitheses respondebunt: Si  
 quid deinde velint subiungere, id illis libe-  
 rum esto. Lindemannus, quo pacto respon-  
 deant ad scriptum vltimum, an apologiam  
 ipsis antithesibus inserant, an aliam ingre-  
 dian- tur viam, id ipsorum iudicio relinquen-  
 dum & libertati. Ad hæc V Vigandus, Fla-  
 cianorum nomine; Initium actionis facien-  
 dum, ait, per aduersarios oblato scripto; Se-  
 deinde responsuros; Atque ita deinceps ab v-  
 trisque scripta per vices exhibenda. Pla-  
 cuit hoc Maioristis; atq; ita con-  
 uentus ille dissolu-  
 tus est.

ANNO  
 1568.  
 Maiorũ su-  
 per ijsdem  
 postulatũ.

Principis  
 responsio.  
 Solutur  
 conuentus.





ANNO  
1568.

506

VITA ET RES GESTAE

CAPVT IV.

- I. *In absentia Principis duo scripta publice lecta.*
- II. *Maioristarum postulata & nouum scriptum.*
- III. *Flacianorum responsum cum censura delictis Melanchihonis.*
- IV. *Maiorista apologiam obtrudunt, ius concludendi exigunt, quo negato missionem petunt.*
- V. *Ex actione discedunt ad Electorem Sax. cuius Theologi, coacta Synodo, sententiam de colloquio ferunt.*
- VI. *Maior cum suis perpetuis Flacianorum calumnijs obnoxius, scriptum de iustificatione edit. (Testamentum vocat.) & non multo post moritur.*

I.  
Princeps  
ad Electro-  
rem Augu-  
stum vadit.

*In Colloq.  
germ. f. 98.*

Maiorista-  
rū scriptū  
prolixum.

**C**essatum deinde fuit ab actione ad dies quatuordecim: quo tempore Ioannes Guilielmus Saxoniae Dux profectionem suscepit ad Electorem Augustum; cumque de successu colloquij sermo inter Principes haberetur, monuit Elector, ne scripta tam prolixa deinceps ad confessum deferri recitarique permetteret, sed vt rem ipsam in pauca conferri iuberet, resecta verborum luxurie; ita futurum, vt expeditius omnia peragerentur.

Interea Maioristæ scriptum quoddam prolixum contexuerunt, vel integrum potius



potius volumen , quod septimo Decembris in confessu publicè lectum fuit. ANNO 1568.

Primam illius partem Paulus Eberus , secundam Andreas Freyhub , tertiam Petrus Prætorius recitarunt , per quos volumen hoc horis totis quinque vix potuit absolui.

Prima pars apologiam continebat ad scriptum vltimum mordacem satis : Altera responsionem ad antitheses & hypotheses Flacianorum , in qua nouem obiectas corruptelas operosè magnoq; verborum apparatu diluebant. Corruptelas obiectas diluunt. In tertiam partem quatuordecim errores congefserant , tetros illos admodum & periculosos , vti loquuntur, quibus per Flacium Illyricum eiusque gregales doctrinam de iustificatione corruptam asserabant.

Sub finem plura se Flacianorum , aiunt, Flacianos habere collecta atque consignata sophismata deprauata , in publico Christiani orbis theatro suo torces vociferantur. tempore detegenda , si tumultuari perferantur. Cæterùm Flacium eiusque complices in omnibus fermè capitibus doctrinæ celestis deprauare quædam , aiunt , & dogmata comminisci Augustanæ Confessione contraria , quam se tamen solos iactare soleant constanter & fideliter profiteri . Princeps absoluta lectione tempus Theologis suis ad meditandum responsum dari postulauit.

Elapsis denuò diebus quatuordecim vigesimo secundo Decembris habitus in curia fuit



ANNO  
1568.  
Maioristæ  
iubentur  
quietea-  
gere.

Flacianorū  
scriptum  
portento-  
sum.

In Colloq.  
lat. f. 142. b.

Ibid. f. 143.  
a. b.

fuit conuentus in quo priusquam confessus fieret, Maioristis per politicos Flacianos mandatu principis renunciatum fuit, Theologos alterius partis ad respondendum paratos esse: Petere verò Principem, vt inter recitandum habeant se moderatè, & à risu, quassatione capitum, alijsq; gestibus parum decoris abstineant. Erat ingens volumen, quòd Flaciani consarcinarant, longè prolixius illo, quod horis quinque paulò supra diximus, vix absolui potuisse: Certè in latino exemplari, quod per Flacianos editum circumfertur, ad viginti sex quaterniones occupat: In exordio gaudere se dicunt ex animo, quod aduersarij tandem post varias tergiuersationes ad ipsum controuersæ caput accesserint, vel ad scopum per Principes huic colloquio præfixum, quem in hac quæstione constituunt: Vtrum corruptelæ illæ, quæ omnium maximè post obitum Lutheri, & quidem potissimum occasione Interim in ecclesiam Dei publicis etiam scriptis, multisque verborum phaleris irreperunt, ipsi verbo Dei, Confessioni & apologiæ Augustanæ, Smalcaldicis articulis, librisque Lutheri consentaneæ sint, vel non? Deinde dissimulatis conuitijs, quæ veluti nymbum in se per aduersarios effusa conqueruntur, in duas partes diuidunt vniuersum volumen. Primum, inquiunt, responsionem ad nostras antitheses atq; hypotheses expendemus. Secundò ad hypotheses nobis obiectas respondē-



debimus. Subiungunt porrò : Rogamus au- ANNO  
 tem , vt placidè & tranquillè , sicuti nos ha- 1568.  
 ctenus fecimus, vicissim audiamur. Nam vi-  
 dimus proximè, dum nostrum scriptum le-  
 geretur , nonnullos contra huius Colloquij  
 leges crebris risibus, quassationibus capitum,  
 mutuis susurrationibus & murmurationibus  
 adeò immodestè & indecenter sese gerere;  
 vt miraremur; quod nec præsentis Illustrissi-  
 mi Principis , qui summa grauitate vtriusq;  
 partis recitationem audit, nec omnipotentis  
 Dei , ad quem causæ præsentis amplissimæ  
 pertinent, quique, vt ethnicus quoque Co-  
 micus dixit, quæ nos gerimus videt audit-  
 que, vt de nobis nihil dicamus, vlla habere-  
 tur ratio. Hactenus Flaciani.

Cæterùm in hoc confesso tertia pars vo-  
 luminis, & paulò amplius , à tribus istius so-  
 dalitij collocutoribus, Ioãne Friderico Cœ-  
 lestino, Christophoro Irenæo, & Bartholo-  
 mæo Rosino diuisis operis lecta fuit. Obie- Aphorism<sup>o</sup>  
 cerant Flaciani Maioristis corruptelas om- de bonis  
 nino septendecim, vt diximus; quarum ter- operibus.  
 tia negotij cardinem , adeoque Maiorismi  
 summam hoc aphorismo complectitur: Bo-  
 na opera necessaria sunt ad salutem. Ad huc  
 igitur discutiendum vbi ventum est, fortius  
 in hoc scripto figunt pedem; hic magna con-  
 tentione pugnant, hic vrgent, hic premunt  
 aduersarios, & quicquid habent virium, ex-  
 erunt. Maiorem verò, ceu dogmatis illius In Colloq.  
 autorem non minus falsè quàm duriter passim lat. f. 159. d.  
 exagi-



ANNO  
1568.

exagitant. Inter cætera hunc, aiunt, ante annos aliquot in concione publica voces istas  
 » ebuccinasse: Se istac sua propositione non  
 » Maiorem, sed Maximum etiam futurum.  
 Sic Paulum fuisse Maioristam: Sic Lutherum fuisse Maioristam &c. Ad quam illius gloriationem occinunt illud Nicolai Galli, quod ex libro quodam ipsius de promptum recitant; Caueat profectò Maior, inquit Gallus, dum magister esse vult super  
 » verbum Dei, ne fiat ex Maximo Paruus,  
 » Minor, Minimus, iuxta Christi iudicium  
 » Matth. 5. Qui soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, Minimus vocabitur in regno cœlorum. Alio  
 » loco sarcasmm inserunt, dum hunc in modum nugantur: Tres sunt sponsæ D. Maioris, filiæ Antichristi, manus sibi inuicem  
 » iungentes, & choream quasi ductantes; prima est; Bona opera sunt necessaria ad salutem: secunda; Impossibile est absque bonis operibus iustificari & saluari: Tertia;  
 » Nemo vnquam sine bonis operibus saluatus est.

Has assertiones, ex ipsis haustas sacræ scripturæ visceribus, si sanè intelligas, censores isti falsas, erroneas, & impias esse, viginti septem rationibus demonstrare nituntur. Ea verò de re dum disserunt, longos texunt logos, quibus recitandis quicquid temporis ad prandium vsque fuit occuparunt.

Prin-



Princeps igitur, ubi scriptum integrum vidit absolui non posse, secundam pomeridianam ad recitandum cætera designavit. Cùm autem omnes ad constitutum tempus à prandio convenissent, renunciat per consiliarios politicos, esse sibi proficiscendum aliquo pomeridianis horis; quam ob causam huic actioni interesse nequeat. Rogare igitur Theologos alterius partis, ut scriptum hoc recipiant, ac si fuerit integrè recitatum; tum ut porrò deinceps brevitati studeant, nec tam proluxa scribant volumina: Qua de re non ita pridem se per Electorem in Colloquio monitum insinuat. Maioristæ utrunque hoc non grauatim se facturos pollicentur. Rogant verò Principem vicissim, si diu forsan emanat, atque ipsi maturius interim comparare se possint ad respondendum, ut recitare liceat in confessu politicorum responsionem suam, ne per ipsius absentiam actionis cursus impediatur.

Ille, si biduo triduoque ante, quam conventum haberi cupiant, se paratos esse per consiliarios insinuent, daturum operam sese, ut tempestivè adsit. Interea verò, dum Princeps abest, Maioristæ novum opus moliantur, priore illo proluxius: Quam enim promiserant, futuros se deinceps breviores, & Principes hoc ipsum velle nouerant; non potuit se tamen continere liuor & virulentum illud odium, quod in aduer-

ANNO  
1568.

II.

Principis  
mādatum  
de forma  
colloquij  
seruanda  
in sui ab-  
sentia.

Maiorista-  
rum postu-  
latum.

Maiorista-  
rum nouū  
scriptum.



ANNO  
1568.

aduersarios conceperant, quin denuò in verborum flumē vberimum exundaret. Cumque iam absoluissent scriptum Princeps, qui adhuc aberat, per suos ea de re monitus anno

Ann. 1569.

sequente 1569. decimosexto Ianuarij renunciat, impediri se per aduersam valetudinem,

Eorū ter-  
giuersatio  
propter  
absentiam  
principis.

& negotia quædam, quo minus nunc Alteburgum redire possit. Rogare igitur Electoris Theologos, vt responsonem suam recitent in confesso, eamque vti moris sit, exhibeant. Maioristæ, qui iam ante hoc ipsum petiuerant, quemadmodum paulò supra diximus, nunc vertunt vela, seque principis reditum expectaturos asserunt: subesse causas, cur ipsum in actione præsentem cupiât. Morabatur id temporis Princeps Vinariæ, quæ Thuringiæ ciuitas est, vnde denuò per litteras certiores facit politicos suos, Thanneum nobilem, & Premium Iureconsultum, præterquam quod per aduersam valetudinem detineatur, eam quoque passim aquarum inundationem esse, vt nunc quidem itineri se dare nequeat. Monerent igitur collocutores, vt in actione progredierentur. At Maioristæ obstinatis animis in sententia perstiterunt: Quod cum Princeps intelligeret, datis tertio litteris significat, inualetudinem aded non remittere, vt augeri potius videatur: Actionem igitur diutius non suspendendam.

Princeps  
caulatur  
molestias  
itineris &c.

Re deliberata placuit tandem, vt ad vigesimum primum Ianuarij horis pomeridianis  
Maio.



Maorista responsionem suam in cōfessu legerent. Vbi conuentum est, Flaciani priusquam recitationis initium fieret, scriptum hoc etiam citra lectionē recipere voluerunt, scilicet vt aduersarios molestia legendi, seipsos audiendi tædio liberarent. Maorista vero, nisi lectum prius esset volumen exhibere penitus recusarunt. Erat scriptum valde prolixum, vti diximus, & vehemens, dentatum, mordax, atroq; malevolentia felle cōditum. Irritati siquidem insigni Flacianorum petulantia, per quos in vltimo scripto tot probris & contumelijs affecti fuerāt, impotentia suæ vicissim laxarant frenos, & quicquid reliquum erat amarulentia, id nūc liberiore calamo totum effuderant: præsertim cum propter indomitam aduersariorum pertinaciam nulla concordia spes superesse videretur. In exordio sese præter meritum & culpam lacerari conuitijs atque maledictis quiritantur; aduersarios post inuocationem diuini numinis continuò velut obliuionis lethæo poculo sopitos ( verba ipsorum sunt, quæ inferimus ad βλακικὰς ironias, sugillationes acerbas, petulantes insectationes, prestigias sophismatum, sycophanticas rixas, venenatos sarcasmos & conuitia delabi, & in his adeo sese volutando delectare, vt nulla pagina sit, in qua non aliquoties illæ delitiæ magis Pseudolum in comœdiâ, quam Theologos in tam illustri cōfessu docentes, portentosa quadam variatione repetantur. Has

kk

verò

ANNO

1569.

Flaciani  
citra lectionē  
scriptū  
Maorista  
cum tradi  
sibi postu-  
lant.

Maorista  
non nisi  
lectum ex-  
hibere re-  
nuunt.

De iniuria  
quiritan-  
tur.

In Colloq.  
lat. fol. 247.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“



ANNO  
1569.  
Tres par-  
tes scripti.

Ib. fol. 247.  
a. b.

- verò iniurias sese dicunt ferre patienter, atq; interim votis intimis precari Deum, vt conuitiatores aduersarios ad sanio rem mentem reuocet. Deinde omisso hoc tanquã Cadmeo certamine criminationum, vti loquuntur, accedunt ad rem ipsam, & vniuersum volumẽ in tres sectiones partiuntur. Primò loco, in-  
1. quiunt, quasi per quandam ἀνακρίσεις repetemus statum & firmamenta quæstionis  
” de doctrina iustitiæ fidei & bonorum ope-  
” rum, vt & appareat, quæ nostra sit de illa sen-  
” tentia, & non fuisse causam, cur collocato-  
” res adeò pertinaciter nobis aduersarentur.  
2. Deinde ad ea respondebimus, quæ ipsi nobis,  
” tanquam falsa & erronea hypotheseon &  
” corruptelarum nomine toties, ac tam verbo-  
” sè obijciunt. Postremò subijciemus breuẽ in-  
3. dicationem vanitatis responsionum, quibus  
” ea, quæ à nobis notata sunt in ipsorum libris,  
” refutare & eludere collocutores studuerunt.  
” Hæc illi. Primam partem Eberus & Præto-  
” rius; secundam idem Eberus, Cruciger iu-  
” nior, & Prætorius; tertiam Prætorius & Cru-  
” ciger recitarunt. Id factum in tribus con-  
” selsibus, qui 21. Ianuarij post meridiem, &  
” postridiẽ matutinis horis primum, deinde &  
” pomeridianis horis habiti fuerunt. Postero-  
” res verò duæ partes latinè recitatæ sunt præ-  
” ter morem, vt vel hac varietate proluxæ le-  
” ctionis, & audiendi tædium nonnihil minu-  
” eretur. Ita scriptum integrum totas nouem  
” horas & amplius occupauit; quod ijs legen-  
” tium



tium gestibus & habitu, ea vocis contentio- ANNO  
ne pronunciatum fuit, vt omnia virus, odi- 1569.  
um, vindictæq; cupiditatem spirare dices.

Ad hanc rhapsodiam Flaciani postmo- III.  
dum responderunt, eadem propemodum vfi Flacianorū  
non prolixitate modo, sed & virulentia, & responsio.  
calami linguæque mordacitate: Vt scripta  
hæc mutua nihil aliud, quam flabella Satha-  
næ fuisse videantur, ad augendum incendium  
comparata. Recitarunt verò Flaciani respō-  
sionem suam ad octauum februarij in duo-  
bus confessibus, qui eodem die habiti fue-  
runt; quibus & princeps ipse pro benigno in  
Flacianos affectu interfuit. Et potissima qui-  
dem pars ante prandium in confessu matuti-  
no, altera breuior sub epilogi titulo pome-  
ridianis horis prælecta fuit. In proœmio  
de mordacitate aduersariorum & inaudita  
conuitiandi libidine grauitè atq; patheticè  
conqueruntur.

Queruntur  
de cōuitiis  
sibi illatis.  
In Colloq.  
lat. f. 344. r.  
In germ.  
fol. 236.

Legimus, inquiunt, inuectiuas in Salu-  
stium, in Verrem, & papistarum in Luthe-  
rum: Legimus etiam satyras poëtarum: sed  
coram Deo, angelis ipsius & tota Christi Ec-  
clesia liberrima conscientia profitemur, nos  
in vniuersa vita in vno libro plura maledi-  
cta & execrationes vix vidisse, legisse, audi-  
uisse. Quod quam bene deceat Theologos,  
& eos quidem, qui tam specioso religionis  
prætextu & verborum apparatu suam ipsius  
in respondendo, & ferendis iniurijs prædi-  
cant & commédant modestiam & patientiã,

kk a

Deo



ANNO Deo & ecclesiae iudicandum relinquimus.  
 1569. Et paulò inferius: Omnes boni facilè iudi-  
 cabunt, eam amarulentiam in singulis penè  
 verbis & syllabis expressam & exasperatam,  
 contra leges colloquij esse. Nos quidem ex-  
 spectabamus realè collationem à dict. Collo-  
 cutoribus de causa principali; sed eius actio-  
 nis loco fastuosas declamationes, varias iniu-  
 rias & contumelias in nos licèter effusas au-  
 dire coacti sumus, quibus & mirifici gestus  
 & horrendi clamores additi fuerunt. His a-

Due partes  
 scripti Fla-  
 cianorum.

lijque id genus præmissis in duas partes vo-  
 lumen diuidunt: De erroribus, quorum reos  
 fecerant Maioristas primo loco; secundò de  
 notationibus aduersariorum verba se factu-  
 ros dicunt. Quanquam calore differendi &  
 cauillandi studio nonnunquam incitati lon-  
 gius extra cancellos istos euagantur.

Vtriusque  
 partis Col-  
 locutorum  
 principia.

Constituerant vtriq̄ue sub actionis ini-  
 tium principia quædã aut *κρίτηρια* vel nor-  
 mas, vti ipsi vocant, ex quibus in colloquio  
 de controuersis dogmatibus in hanc illamue  
 partem pronuntiandum esset. De his verò  
 non idem vtriq̄ue sentiebant: Quæ dissen-  
 sio subinde quidem obscure sese prodidit in  
 scriptis prioribus: at in hoc Flacianorum  
 syngrammate in apertum certamen erupit.  
 Itaque deinceps non modo de controuer-  
 siis ipsis, verum & de normis iudicij, vel de  
 principijs, quibus vtendum esset in dijudi-  
 candis controuersijs, acerbè fuit & pertina-  
 citer dimicatum. Vtriq̄ue enim in aduer-  
 sario



fariorum criterijs inuenerunt, quod liuido ANNO  
 dente arroderent; quemadmodum fieri con- 1569.  
 sueuit, vbi mala mens est & malignus oculus. Flaciano-  
 rum.  
 Que vero fuerint ab vtrisque; constituta prin- In Colloq.  
 cipia, ipsorummet, quæ subiungimus, verba te- lat. f. 5. b. &  
 statur. Et Flaciani quidē, Quod initio prote- in prefat.  
 stati sumus, inquit, id nunc serid & clarâ “  
 voce repetimus, Nos toto pectore amplecti “  
 verbum Dei, in Prophetarum & apostolorū “  
 monumentis comprehensum: tria symbola, “  
 Apostolicum, Nicenū, Athanasianum; Con- “  
 fessionem Augustæ anno Domini 1530. Im- “  
 peratori Caſolo V. exhibitam, & apologiam “  
 eiusdem tunc conscriptam: Smalcaldicos ar- Ibid. f. 2. 4. b.  
 ticulos & scripta Lutheri: ac damnare om- “  
 nes sententias cum hac norma pugnantes. “  
 Hactenus isti. Maioristæ verò, Nos quoque, Maiorista-  
 aiunt, initio huius colloquij testati sumus, rum.  
 quod & nunc repetimus, & testamur disertè, “  
 piè nos & cōstanter amplecti scripta prophe- “  
 tica & apostolica, & ex his extracta symbola “  
 tria, Apostolicum, Nicenum, & Athanasianū: “  
 scripta Lutheri, Augustanā Confessionem, & “  
 alios in corpore doctrinæ cōprehēsos Philip- “  
 pi libros; in quibus summā doctrinæ ortho- “  
 doxæ, & Catholicæ Ecclesiæ Dei, desumptā ex “  
 fontibus sacrorū librorū, & ex omnibus Lu- “  
 theri scriptis perspicuo, & ad docendū ac dis- “  
 cendū vtilissimo ordine contineri nō dubi- “  
 tamus. Hęc illi; qui alioquin solo Dei verbo, “  
 & quidem in scripturis expresso dijudicari  
 omnes controuersias oportere clamitant.



ANNO  
1569.  
Dno Fla-  
ciani in  
scripto ma-  
ior. inuisa.

Corpus  
Melanch-  
thonicæ  
doctrinæ.

Melancht.  
obnoxius  
omni mu-  
tationi.

Causa eius  
reiectionis.

Adulterina  
Confessio.

Cæterum Flaciani duo quædam in aduer-  
sarijs aut normis sugillarunt. Dis-  
plicuit primum, quod Maioristæ in nouum  
hunc canonem corpus doctrinæ Philippi-  
cum, vel scripta quædam Melanchthonis in-  
farcirent, hominis inconstantis, cui parem  
cum Luthero auctoritatem tribuendâ perne-  
gant. Causas adferunt, quod frequenter lapsus sit; quod eo tempore mutauerit imprimis, cum Carlostadius à Luthero deficeret, &  
res nouas machinaretur; quod ann. 1530. cum  
Augustæ Protestantium confessionem scriberet, admodum vacillarit; quod ad prima-  
tum respectarit Romani Pontificis; quod  
Lutherus eum extra metas currere volentem sæpè retraxerit; quod confusurauerit  
cum Sacramentarijs, eosque scriptis publicis confirmarit; quod papistis nimium cesserit  
in consultationibus, quæ de libro Interim susceptæ fuerunt; quod posterioribus annis,  
imprimis senescente Luthero, scripta sua frequenter mutarit; quam inconstantiam velut  
certum falsitatis argumētum Lutheranis nimis verè per papistas obijci fatentur; Ad li-  
bros eius quod attinet in fasciculū collectos sub titulo Corporis doctrinæ, eos se prote-  
stantur inter *κρίτηρια* vel normas doctrinæ iudicandæ idoneas recipere non posse; idque  
duas potissimū ob causas: Prior est, quod in  
ijs non veram illam & germanam cōfessionem inuenire sit, quæ ann. 1530. Cæsari obla-  
ta fuerit in Comitijs Augustanis, sed aliam  
quan-



ANNO  
1569.

quandā adulterinā varijs adfumentis & mutationibus eum in modum interpolatam, vt opinionē Synergistarū, & Antinomorū furores, ipsūq; adeò Calvinismū lubrico verborū inuolucro tegat: Quæ cōfessio cū nec scripta sit Augustæ, nec exhibita Cæsari, nec à protestantiū Ordinibus approbata, sed nata primum annis posterioribus, Philippica potius quam Augustana sit appellanda. Alterā causam dicūt, quod in cæteris quoq; libris istius corporis quædam à verbo Dei, & Augustana confessione discrepantia contineantur; atq; id quidem de dogmatibus magni momenti, puta de libero arbitrio, de lege & euangelio, de iustificatione, de cœna Domini, de antichristo, alijsq; de rebus; de quib<sup>9</sup> suo tēpore, dicunt, accuratius & prolixius esse differēdū.

Dogmata  
à Melācht.  
introdu-  
cta.

Hæc de principijs Maioristarū, quæ nouo certamini, vti dixim<sup>9</sup>, occasionē præbuerūt. Alioquin de controuersijs nihil ferè præter veterem cantilenam adferunt, nouis subinde cōuitiorum emblematis & modulationibus variegatam. Et quia primæ controuersię de iustificatione finem nunc imponendum existimabāt, epilogum subiungunt, & breuiter repetunt ea, quæ huc vsq; tam diffusè magnis voluminibus erant disputata. Aduersarios, inquit, obiectas septendecim corruptelas, tribus exceptis, vel pingere coloribus inductis, vel excusationum operimento tegere, vel aperto Marte tueri conatos, nec ab erroribus discedere voluisse. Quos verò ipsi

Epilogus  
scripti Fla-  
cianorum.



ANNO  
1569.*Colloq. lat.  
fol. 419. b.*

IV.

Maioristæ  
meditatur  
scriptum  
contrariū.Vtriq; ius  
concludē-  
di actionē  
petunt.Rationes  
Maiorista-  
rum & Fla-  
cianorum.

neuos vel errores obiecerint, eos vel à Theo-  
logis aliarum regionum sparfos esse, vel pro-  
næuis non habendos. In fine; facessant igitur,  
inquiunt, excusatores, palliatores, fucatores  
præstigiæ, ac pronuncietur quid sit ve-  
rum; & contra, quid sit falsum.

” Cùm recitatum esset, exhibitumq; de mo-  
re volumen, Maioristæ re deliberata respon-  
sionem apologeticam asperrimæ huic inue-  
ctiæ prorsus opponendam censuerunt, pri-  
usquam ad alia progressus fieret: Quod cum  
aduersarijs innotuisset, conati sunt, ne Ma-  
ioristæ postremo loco dicerent impedire. Si  
tamen illis denuò potestas dicendi fieret,  
se quoque postmodum respondendi faculta-  
tem ad ea, quæ proposituri essent aduersarij,  
iure suo postulatueros asserunt. Venit res hæc  
in controuersiam: Vnde factum est, vt con-  
sultationes aliquot inter politicos vtriusque  
partis haberentur, in quibus disputatum est,  
vtris ad concludendum iustificationis arti-  
culum vltimam vocem, seu postremum per-  
orandi locum cõcedi oporteat? nec multum  
abfuit, quin disputatio hæc in certamé acer-  
rimum exiret. Agebatur sane res serio, vtrif-  
que ius illud, ceu prærogatiuam magno stu-  
dio sibi vindicãtibus: Quemadmodum mu-  
lierculas & pueros, cùm inter altercandum  
vehementius efferbuerunt, vltimi verbi ius  
importunis clamoribus captare videmus.  
Maioristæ sui iuris esse dicebant, vt conclu-  
derent actionem hanc; cum aduersarij actoris  
vel



vel accusatoris, ipsi verò rei personam in hoc ANNO colloquio sustinerent. Contra Flaciani prorsus esse suarum partium contendebant, vt si quod denuò scriptum offerrent Maioristæ, ad hoc ipsi vicissim responderent; nimirum vt æquaretur vtrinque scriptorum numerus, nec ipsi minus frequenter, quam aduersarij differuisse de primâ controuersia viderentur. Interim Maioristæ, vt in rebus omnibus ab initio colloquij æquiores semper fuerant, nunc quoque potestatem faciunt aduersarijs, vt si quid amplius ad notationes vel errores pridem obiectos respondere velint, id faciant, priusquam ipsi responsionem suam vltimam in confesso recitent. Verum non placuit ista conditio Flacianis, qui nihil aliud, quam postremo loco dicendi occasionem captabant. Igitur, cum neutri cederent, & Flaciani cum primis causam hanc dicerent nõ suam esse, sed ipsius Dei & Ecclesiæ, ideoque minime sibi committendum, vt ad cuiusquam præscriptum astringi se paterentur, res velut in medio relicta vel suspensa fuit.

Octiduo post, ad decimum quintum Februarij scilicet, Flaciani collocutores omnes, excepto Alexio Bresnicero, qui Altenburgensis pastor erat, vnâ cū politicis istius partis consiliarijs Ienam profecti fuerunt. Eodem postridie secutus est ipse Princeps, atque in ea ciuitate Ioannem VVigandum, & Ioannem Cœlestinum constituit professo-  
res; quos & solenniter introduxit ad au-

Princeps  
Ienæ pro-  
fessores cõ-  
stituit &  
statuta for-  
mat.



ANNO  
1569.

Maioristæ  
scriptum  
apologeti-  
cum ob-  
trudunt.

Summaria  
scripti.

Melanch-  
thonem ab  
iniurijs  
vindican.

ditorium, & statuta vniuersitatis publicè promulgauit. His peractis Princeps quidem vigesimo Februarij, politici verò cum Theologis Flacianis ad tertium Martij diem Altenburgum reuerterunt. Interea Maioristæ responsionem suam absoluerant; cumque Princeps in luctu esset propter obitum filia, ideoque à publico abstineret, renunciari iussit collocutoribus, vt in actione progredirentur. Igitur Electoris Theologi scriptum apologeticum, quod meditati fuerant, quinto Martij latinè, vitandæ prolixitatis gratia recitarunt. Atque hæc vltima Collatio fuit: non enim Maioristæ, quanquã instanter per Flacianos vrgerentur, deinceps ad confessû redire voluerunt. Erat scriptum hoc vltimû verbosum prolixumque, nec minus acerbû in aduersarios, quam superiora. Disserunt in eo præcipuè de corruptelis, quas aduersarij frequentur ad rauim obiecerant: quanquam præter venenatos aculeos nihil ferè nouum adferunt. Antequam verò rem ipsam aggrediantur, Exordium texunt satis prolixum, in quo comparant inter se Lutherum & Melanchthonem, primos Ecclesiæ Lutheranae proceres, imò fundatores, quos per omnem vitam cõiunctissimos fuisse dicunt. Ideoque dolenter admodum ferunt, & indignè quod Flaciani Melanchthonè à Luthe-ro diuellere conentur, eumque crudeliter acerbeque flagellatum in suspicionem flagitiosæ leuitatis & defectionis, aliorumque crimi-



criminum adducant; tum quod libros illius ANNO  
 audacter reijciant, conculcentque. Quod si 1569.  
 progrediantur in hunc modum, nec vlla ra-  
 tione placari possint, aut permoueri, vt be-  
 nigniores effectum induant, sibi quidem  
 longè tolerabilius futurum aiunt atq; opta-  
 bilius, vt maneat hoc dissidium, & Flacia-  
 ni hostiliter agere pergant, quam vt sese pa-  
 tiantur ad ipsorum arbitrium in Melanch-  
 thonem, virum innoxium, concitari. Dein-  
 de ad recoctam toties corruptelarum cram-  
 ben operosè denuo respondent, eadem om-  
 ninò, quæ prius in hoc genere dixerant, ad  
 nauseam vsque repetentes: quod illis postea  
 probri loco per aduersarios obiectum fuit.  
 Demum epilogum subiungunt, qui iustæ o-  
 rationis instar est; in quo concludunt colla-  
 tionem hanc de iustificatione, & quid actum  
 sit hætenus, quid obiectum vtrinque, quid  
 responsum, per ἀνακεφαλαίωσιν repetunt;  
 scilicet vt ipsi non aduersarij huic actioni fi-  
 nem imposuisse viderentur.

Postridie quam lectum fuit exhibitumq; Flaciani  
 scriptū, Flaciani per politicos suæ partis in- petunt li-  
 stanter admodum postularunt, vt sibi nō de centiam  
 causa quidē vniuersa, sed de notationibus ad- respon-  
 uersariorū semel adhuc in confesso verba fa- dendi.  
 cere liceret. Respondent Maioristæ per po- Maioristæ  
 liticos Electoris; satis superq; disceptatū esse renuunt.  
 de primo controuersiarum capite: & quo-  
 niam actio sit conclusa, se quidē de ea post-  
 hac ne verbū quidē vel audire vel proloqui  
 decre-



ANNO  
1569.

Electorem  
super hoc  
consulere  
decernunt.

Missionem  
petunt.

decreuisse. Displicuit responsum hoc politis Flacianis: quia tamen nihil aliud obtineri potuit, quantumuis instanter vrgerent & fortiter, offensi grauius tandem sese rem omnem dicunt ad Principem relatueros. Interea Maioristæ, cum dissidij flammam scriptionibus istis, velut oleo infuso augeri potius perpetuis incrementis, quam extinguicernerent, non progrediendum censuerunt ad alias controuersias, nisi consulto primum Electore Principe. Hunc igitur adeundum decernunt, edocendumque de colloquij successu, priusquam nouum cum aduersarijs certamen ordiantur: præsertim cum illi proteruè reijeiant corpus doctrinæ Philippicum, quod hactenus omnium consensu velut normam fidei per Electoris prouincias habitum constet. Accedebat & illa ratio, quod Electorem intellexerant omnes ditionum suarum pastores & superintendentes, quos vocant, conuocaturum, vt de ijs, quæ in Altenburgenfi colloquio hactenus acta fuerant, sententiam illorum & iudicium exquireret. Itaque cum omnino constitutum haberent discedere, eodem die, sexto nimirum Martij, qui Dominicus erat, adiunctos sibi politicos per litteras de instituto suo faciunt certiores, petuntque vt quibus permoti rationibus ad Electorem proficisci decreuerint, exponant Principi, eundemque rogent, vt factum hoc clementer in meliorem partem interpretetur.

Postri-



Postridiè Ioannes à Zeschavv & Lauren- ANNO  
 tius Lindemannus Iureconsultus (tertius e- 1569.  
 nim iam auocatus erat) cum Principem adire A principe  
 vellent huius rei gratiâ, ad colloquium non nō admit-  
 fuerunt admissi. Itaque politicis alterius tuntur ad  
 partis rem omnem aperiunt, vt que Principi Colloquiū.  
 Theologos Electoris excusent, enixè pre-  
 cantur. Quod cum VVigandus cæteri que Flaciani  
 factionis istius collocutores intelligerent, responsio-  
 per politicos suæ partis tam importunè di- nem obtru-  
 cendi locum postularunt, vt Maioristas per- dere conā-  
 petuis interpellationibus vehementer ob- tur, sed frū-  
 tunderent: quorum pertinaciam vt emolli- fra.  
 rent, vnius horæ spatium petebant, breues  
 admodum se futuros polliciti: verum fru-  
 stra fuit, quicquid in hoc genere machina-  
 bantur homines importuni. Obfirmarant  
 enim animum Maioristæ, nec obtineri ab il- Missionem  
 lis potuit, vt deinceps cum aduersarijs vel rursus pe-  
 verbū de controuersijs permutarent. Igitur tant Maio-  
 secundas de discessu suo litteras ad politicos, ristæ.  
 scribunt breuiiores quidē illas superioribus,  
 sed eiusdem argumenti: Petunt nimirum,  
 vt prosecutionem tanquam necessario susce-  
 ptam excusent apud Ioannem Gulielmum  
 Saxonix Ducem; nec se dubitare, dicunt,  
 quin excusatio locum habeat apud Principē,  
 qui suos quoque Theologos durante collo-  
 quio Ienam ablegarit.

His litteris nono Martij exaratis disce- V.  
 dunt eodem die, & biduo post Dresdam per. Ex actionē  
 ueniunt; ybi, cum accessum haberent ad discedunt.

Ele.



1569.

Causæ di-  
scissionis.Litteræ &  
responsum  
Flaciano-  
rum.Scriptum  
Flacianorū  
reijcitur.

Electorem Principem, causas recensuerunt, quibus permoti abrumpendum iudicarent colloquium, nec cum aduersariis in actione progrediendum, nisi Principem de successu collationis, deque aduersariorum machinationibus prius informarint. Has verò causas breui scripto comprehensas postea sparserunt in vulgus, vt honorem suum tuerentur contra Flacianos, qui eos ceu causæ suæ diffidentes ignominiosa fuga turpiter elapsos clamitabant. Elector verò iustam de hoc negotio consultationem haberi voluit: Ideoque pastores primi nominis, & Superintendentes, quos vocant, ditionum suarum Dresdam velut ad Synodum euocarat; à quibus postulauit vt de scriptis vtrinque in colloquio exhibitis ferrent iudicium, vnaq; decernerent, an colloquium illud proseguendum esset, nec ne? dum deliberant, litteræ superueniunt Ioannis Gulielmi Saxoniae ducis ad Electorem Principem, quibus inclusum erat scriptum illud Flacianorum, quod legere cupiissent in conuentu priusquam Altenburgo Maioristę discederent. Hoc ipsum Saxoniae dux scriptis cæteris adiungi postulabat, quæ in colloquio recitata fuerant & exhibita: quod an faciendum esset, in Conuentu superintendentium atq; pastorum Electoris iussu deliberatum fuit. Habita consultatione communibus omnium suffragijs decretum est, scriptum illud ad colloquium non pertinere; ideoq; nequaquam recipiendum



dum vel adiungendum actis publicis, sed re- ANNO  
mittendū ad auctores, qui concluso iam per 1569.  
Electoris Theologos colloquio, citra neces-  
sitatē illud confecerunt.

Cæterum de colloquio ipso, deq; scriptis  
quæ in eo recitata diximus & exhibita, præ-  
euntibus illis, qui Altenburgi fuerant, sentē-  
tiam suam 18. Martij hunc in modum decla-  
rarunt: lectis, inquit, actis colloquij Al-  
tenburgici, mutuisq; collocutorum scriptis  
de iustificatione, & bonis operibus, depre-  
hendere se dicunt, quod Electoris Theolo-  
gi de duobus istis articulis, dilucidè, bre-  
uiter, & distinctè, sine corruptela iuxta sa-  
cras litteras, tria symbola, confessionem Au-  
gustanam, eiusque apologiam & repetitio-  
nem, aliaque Lutheri & Melanchthonis scri-  
pta rectè locuti sint & scripserint, obiectos-  
que corruptelarum & discrepantiæ næuos  
satis deterferint atque purgarint: tum quod  
aduersarij claros perspicuosque huius partis  
sermone subinde strophis sophisticis calli-  
dè peruertant, subinde pueriliter & ridicu-  
lè, subinde verò etiam impetuosè magnaque  
cum amarulentia detorqueant aliorum, &  
errores quærant, vbi nulli sint: cum inte-  
rea ipsi multa tueantur paradoxa & absur-  
da, quæ nequaquam toleranda sint in Eccle-  
siis scholisque benè constitutis. Et quoniam  
aduersarij à concordie studio prorsus vi-  
deantur alieni, nihil aliud habere se dicunt,  
quod consulant, nisi vt colloquium vel ab-

Electora-  
lium de  
colloquio  
Altenbur-  
gico sen-  
tentia.

TUM-



ANNO 1569. rumpatur penitus, vel honoris causa suspendatur.

Causæ colloquij rescindendi.

1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

Addunt causas, quibus permoti in hanc sententiam descenderunt: Harum præcipuæ sunt: Quod cū de iustificatione agendū esset, aduersarij statim in principio ad conuitia & condemnationes, vel à rebus ipsis ad personas insectandas facta digressione conuolarent; Quod negent Ioannem Gulielmum Sax. ducem vnquam consensisse, vt viua voce colloquium perageretur; Quod contemnant, nihiliq; æstiment pretiosa scripta Melanchthonis; quæ si è scholis ecclesiisque ad istorum arbitrium eliminentur, ad iuuentutem in pietate bonisque litteris instituentdam, vel nihil omnino vel parum præsidij superfuturum; Quod ex confessionibus, quæ sint hæctenus pro norma veritatis habitæ, materiam litis faciant, merasq; rixas; Quod corpus doctrinæ contemptim adeoque inhonestè reiiciant, & Augustanam confessionem auctam à Melanchthone, & à Luthero recensitam, probatamque acerbè fugillant; Quod inter Lutherum & Melanchthonem suauissimum fuisse consensum, malitiosè simul & contumaciter negent; Quod scriptum ipsius Lutheri manu consignatum nihili faciant contemnantq;, & ob id iracundiam penè vertantur; Quod nomen suum repetitioni Augustanæ confessionis ascriptum expunxerint, odioque tantum & liuore incitati, quæ subscribendo testati fuerant

assen-



assensum, contra conscientiam renocant: ANNO  
 Quod Lutheri testimonia proferant trun- 1569. d. r.  
 cata sensu, eaque frequenter contra mentem into. si  
 ipsius detorqueant, excerpantque pro libi- sq. zolum  
 tu, quæ commoda sint ipsorum instituto: ad zorum  
 Quod simplicem verumque scripturæ sen- ii.  
 sum sæpenumero rejiciant, nec alium fe-  
 rant, quam ab ipsis excogitatum; quod ad- 12.  
 versæ partis Theologos præter culpam er-  
 rorum, falsorumq; dogmatum reos faciant;  
 Denique quod nec pacem sanciri, nec indu-  
 cias; multò minus concordiam fieri patian-  
 tur, nec diuinæ veritati locum dare velint  
 aut assentiri. Has igitur ob causas, aliasque  
 plures id genus, quas se dicunt breuitatis  
 studio præterire, colloquium abrumpen-  
 dum iudicant. Et quia conciliatio in primò  
 capite non successerit, ad reliqua non pro-  
 grediendum: de quibus si collatio sit insti-  
 tuenda, turbas longè maiores, & conten-  
 tiones infinitas aiunt per aduersarios excita-  
 tum iri. Futurum enim, vt in medium pro-  
 deant hæc ipsorum portenta de libero arbi-  
 trio: passio, coactio, rapacitas, hostilitas,  
 repugnantia, truncus, lapsus, phrenesis, tra-  
 ctio violenta, peccatum, substantia, parti-  
 cularitas & prædestinatio, tam ad damna-  
 tionem, quam ad vitam & salutem; alijque  
 id genus errores è scetidis Manichæorum  
 lacunis deriuati: quos Christiana mens non  
 iniuria obturatis auribus abominetur; vti S.  
 Polycarpum olim fecisse accepimus.

In Colloq.  
 germ. fol.  
 355. b.

“  
 “  
 “

siropoll  
 r. r. r.  
 r. r. r.





ANNO  
1569.  
Flaciani  
multos pa-  
tronos ha-  
bent.

Quia verò Flaciani apud exteros hinc in-  
de multos habeant fautores, quos pridem  
ad factionem suam adiunxerint, laboran-  
dum aiunt, ut fumi mendaciorum, quos  
de colloquio sint passim excitaturi, vera  
rei gestæ narratione proposita, velut illa-  
ta luce dissipentur. Illud etiam è refutu-  
rum, si Princeps Elector datis ad Ioan-  
nem Gulielmum litteris petat, ut pacem  
deinceps colant Flaciani, nec Ecclesias &  
scholas aduersæ partis, quas infestissime  
oderint, veteribus ac nouis calumniis &  
criminationibus onerent: nimirum ut con-  
tentiones cum scandalo coniunctæ deinceps  
vitantur.

Elector cõ-  
sulit poli-  
ticos.

Hæc isti ad decimumoctauum Martij: E-  
lector verò, ne non circumspectè satis agere  
videretur, politicos etiam censuit in consi-  
lium adhibendos, quos hanc ob causam eo-  
dè loco conuenire iusserat. Hi deliberatio-  
ne habita, Theologorum iudicium calculo  
suo probarunt, eaque de re sententiam suam  
breuiter exposuerunt cõfecto scripto, quod  
Electori decimonono Martij exhibitum fuit.  
Is igitur auditis eorum rationibus, qui Al-  
tenburgi cum Flacianis collocti fuerant,  
perlectoquæ superintendentium & politi-  
corum iudicio, dimisit cœtum, & ut quis-  
que ad stationem laboresque suos reuerte-  
retur, imperauit.

Colloquiũ  
Altenbur-  
gense fœde  
dissipatũ.

Ita colloquium hoc ma-  
gno Principum studio, nec exiguis sumpti-  
bus institutum, posteaquam scriptitandis  
tan-



tantum recitandisque alternatim mordaci- ANNO  
 bus inuectiuis, per menses aliquot extra- 1569.  
 ctum est, uti diximus, tandem dissolutum  
 fuit, vel scedè potius dissipatum; Idque  
 non modo sine fructu, vel re prorsus in-  
 secta, sed & summo cum vtriusque par-  
 tis dedecore; Maioristarum imprimis, quos  
 Flaciani deinceps ceu fugitios è conflictu,  
 causæque suæ diffidentes, scriptis & cla-  
 moribus ad populum petulantius exagita-  
 runt. Quin & communis Lutheranorum  
 causa non leue detrimentum accepit. Si-  
 quidem præter hulcera priora, quæ con-  
 trectata pressius grauiter deinceps incru-  
 duerunt, & hæc distractio Lutheranae sectæ  
 nouum inflixit vulnus, quod nullis post-  
 modum remediis curari potuit.

Qua in re meritò iustum DEI iudi- Iustum Dei  
 cium agnoscimus, rebellionem istorum & iudicium.  
 Ecclesiæ turbandæ studium vindicantis im-  
 misso vertiginis spiritu: cuius genium &  
 scedas operationes dum tegere conantur,  
 & domesticas altercationes sopire insti-  
 tuunt, contigit nimirum, ut in hac ipsa  
 actione perpetuò longius à se mutuò dissi-  
 larent, & maior indies inter vtrosque fie-  
 ret hiatus: Donec tandem pacè despe-  
 cta, detectaque sua ipsorum turpitudine,  
 animis etiam ira, furore, odioque mutuo  
 vehementer æstuantibus discesserunt. Ut  
 per hoc colloquium omnis concordiaæ spes,  
 quam moderatiores Lutherani pridè conce-  
 perant,



ANNO  
1569.

Flaciani  
conantur à  
se remoue-  
re famam  
dissipati  
Colloquij.

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

*In colloq.*

*lat. p. 535. b.*

perant, in perpetuum sublata esse videatur: Cum verò Maioristarum scripta, quæ diximus, de causis soluti colloquij passim volitarent, Flaciani minimè dissimulandum putabant iniuriam, quam irrogari sibi spargendis huiusmodi scriptis arbitrabantur. Respondent igitur confestim arrepto calamo, & rationes omnes diluunt, quibus ad excusandam fugam Electoris Theologi vtuntur. Omnem verò culpam turbati colloquij rejiciunt in aduersarios, quos panicis terroribus, vel subita animorum consternatione percussos in colloquio dicunt perdurare non potuisse. Interim eos exuto pudore prædicare delicta sua, sibi que probrum, quod admiserint, in Dei hominumque conspectu laudi ducere, adeoque gloriari, quasi fugiendo scilicet insignem sint victoriam consecuti: ex cancellis, inquit isti imperterriti heroës & pugiles saltum faciunt, atque extra eos suis in cauernis vociferantur, Io pæan, Io victoria, Io triumphus. An non censes, præclare istos heroes certasse, victoriamque reportasse, quia porta egressi sunt? Potestulant igitur sibi iam coronam & brauium decerni.

## VI.

Autoris institutum.

Hæc de Colloquio Altenburgensi, quod bono principum affectu ad faciendam inter Lutheranos concordiam institutum fuit, inferenda duxi; paulò futius illa quidem, fateor; verum meminerit Lector, me non Maioris solum, sed & Maiorismi, quem vocant,



cant, historiam ex instituto scribere. Itaque ANNO  
 prætereunda non fuit præclaræ illius actio- 1569.  
 nis narratio, quæ sectæ huius naturam & ge-  
 nium viuis coloribus depingit; quanquam  
 verò Princeps Elector Maioristas, cum se  
 metu anathematis è stadio subduxissent, cle-  
 menter excepit, & perbenignè, eosque de-  
 princeps etiam in ditionibus suis tueri non de-  
 stitit; quod illis proditæ veritatis crimen  
 per calumniam intentari crederet; non po-  
 tuit impedire tamen, quin Flaciani eos im-  
 portunis clamoribus & conuitijs insectari  
 pergerent, & fugientibus, edito post terga  
 eorum clamore, velut in congressu supera-  
 tis petulanter insultarent. Neque vero pro  
 sua virulentia Maiorem scriptis publicis,  
 clamoribus ad populum, calumnijs, conui-  
 tijsque atrocibus persequi destiterunt, atque  
 insectari; donec ille vitæ certaminumque  
 pertæsus animam exhalaret.

Maiores cum  
 suis perpe-  
 tuis Flacia-  
 norum ca-  
 lumnijs  
 obnoxius.

Fatiscebat iam Maior, senio nimirum & Anno 1570.  
 perpetuis exagitationibus fractus, cum Al- Maior scri-  
 tenburgense colloquium in fumos, imo in ptum cudit  
 nouum & priore maius incendium exiret. de iustifi-  
 Itaque cum nullam instaurandæ concordæ catione sub  
 spem superesse videret, anno proximo 1570. Testamen-  
 scriptum quoddam germanicum in vulgus ti titulo,  
 emisit Testamenti titulo insignitum: in quo  
 doctrinam suam, de iustificatione, deque bo-  
 nis operibus imprimis repetiit, addita prote-  
 statione, quod sententiæ suæ contra Flacia-  
 nos non immorari modo, sed & immori de-



ANNO 1570. cretum habeat : quod vt constaret publice hanc se, velut extremæ voluntatis declarationem in lucem, ait, referre voluisse. Cæterum Flaciani Testamentum hoc in officiosum nominant, scriptum dispensatione diuina; quasi Maior, nec in veteri, nec in nouo Testamento præsidij quicquam inuenerit ad stabiliendos errores, vti quidem iudicant isti, tertium hoc elumbe suum & putidum Testamentum fabricarit. Neque vero diu superuixit edito hoc scripto, sed breui conditum à se Testamentum è vita decedens morte confirmavit, Flacianis interim ad extremum vsque hostiliter vociferantibus; quorum inuidia nec post illius obitum conquieuit.

A Flacianis in officiosum denominatur.

Obiit anno 1574. Wittenbergæ.

Obiit anno 1574. Wittenbergæ. tum è vita decedens morte confirmavit, Flacianis interim ad extremum vsque hostiliter vociferantibus; quorum inuidia nec post illius obitum conquieuit.

*Finis vitæ Georgij Maioris.*

VITA